tanta superficie uteri parti, quanta est ipsius inuolucri exterior superficies. Secundum fetus inuolucrum à fasciniis imagine admodum eleganter *adornans* uteribus est appellatum, qui id fecus ac Galenus ure conognovit. Quin enim inter dissecandum extimum inuolucrum ab utero diuiliuum est, atque & nigricans suburidisq; sanguis ab illo profluit, nullo' que alio fetus inuolucro effracto, fetus ab utero exmititur, is una cum suis inuolucris fasciniis alicuius, non quid oblongi, & quod ex tenuibus formatur intestinis, sed brevis, & ex crassioribus intestinis formati, supraq; & infra consuti, non autem laqueo tantum intercepti, imaginem exprimit, secundum enim inuolucrum intestino responderetur fetus autem, & omnia que id in uolucrum amplectitur, intestino infartorum rationem obtinent. Est enim secundum hoc in uolucrum exacta membrana, uenit us quibuidam & arteriis intertexta, ad eum fer' modum, quo adhuc gressus alba' uec oculi tunica illis donatur. Externa ipsius superficies tanta amplitudine, quam est uter in extimo fetus inuolucrum, pertinet illi connascitur, & uenulas suas arteriasq; ab extimo fetus inuolucro assunt: nullum enim uas immediate ab utero in hanc membranam pertinet, etiam si externa ipsius superficies reliqua (qua seicit extimo non connascitur inuolucro) uterum contingat, sed non connascitur. Nullibi enim secundum hoc inuolucrum utero, nisi extimi inuolucri interuentu necit. Interior huius superficies ad amulfim leuis est & humecta, neque alterius profloris parti connascitur, nisi puncto quadam (ut ita dicam) intimo seu tertio fetus inuolucro: atque is connexus, "umbilicus uasorum ab extimo inuolucro per secundum & tertium ad umbilicum tendentium fitit ruentu. In reliqua enim amplitudine secundum hoc inuolucru terio nulquam adnalcitur, & inter secundum hoc & tertium in uolucrum fetus urina colligitur. A suprema enim fetus uiscerae fundi regione" meatus quidam per umbilicu[m] in cavitatem pertinet, qua inter secundum & tertium consistit inuolucrum, atque is meatus fetus urinam in illam amplitudinem defert, *exiguae* hinc appellatus, & mira industria in hoc Naturae formatus, ne fetus urinam per uescicam reddens, illam corporis proximam tantisper dum naferetur asseruerit, & eius acrimonie mordacitatem molis illa ac tenerula cutis erodatur ulceretur: uero: ut urina procul à fetus eute eius urinari meatus beneficio, inter secundum inuolucrum & tertium deduceretur, & ut mox de fetus fudore quo que dicam, partus promptitudinem dum paulo ante egredientem fetus profuit, & uter ceruicem humectando emolit amplia que, plurimum iuverit. Galenus secundum inuolucrum quo ipse urinam contineri serbit, toto fetu[n] obducit atretat, sed duxat clunibus, & extremis partibus, qua in re tuum ipsius requiro iudicium: & hortor pariter, ut quem fetus, si non humanus, saltet canis fetus, ut mox atque extimum mihi appellatum fetus inuolucrum ab utero diffraxeris, fetusq; & ipsius reliqua inuolucra manu contines, ut fetus erigas, ac urinam deorsum uerius pedum regionem colligi intucares, ac dein capite illum rufus declines, & animaduertas mox urinam uerius capitum regionem asseruari, illud que membranum inuolucrum quod ego descripsi, & utero undique (nisi ubi extimum inuolucrum obstat) dixi esse proximum, urinam contineat, & neutriquam *expelle* esse, quum nullas profloris possident uenias & arterias, ab ijs que ipsi nutritionis gratia, u[er]o & ceteris membranis obseruantur, & haec nequitam ab utero immediate procedunt, sed ab illis que crasso illo & leniose fetus inuolucro implicantur. Si enim haec fedulò expenderis, haec que mea cum Galeni placitis ad sectionem contuleris, promptissime dijudicabis, quam reliqua Galeni de Fetus formatione & leniis natura constare posse sententia. Tertium fetus inuolucrum forma profloris secundo respondet, sed minus est amplius, & longè tenuius, tenuissima enim (unde & *zepha* dicitur) membrana est, alba quaternadimodum & secundum inuolucrum, & uenulis pariter ac arteriis implicata, fetus proximi & undecunque obducta. Huius exterior superficies profloris leuis & humecta est, neque ulli penitus parti adnalcitur, nisi uenarum arteriarumq; umbilicis petentiū interuentu, haec enim quatu[er] ab extimo inuolucro per secundum & tertium umbilicu[m] audeat, secundum inuolucrum primo committunt. Interior quoqueretur in uolucrum superficies leuis quoque & humecta est, fetus nulquam nisi ad umbilicu[m], uasorum umbilicis beneficio nexum. Inter hoc autem & fetus cutem fudor copiosus continetur, qui fetus est recrumentum, ac ante partum non minus quam fetus urina profluen[s] ceruicem uterrirrigando, fetus faciliorem exitum parat, deinde fetus cuti subflua quendam & lutofa obducitur substantia, eius concoctionis (uti arbitramur) recrumentum, quod in singularem partium enutritio[n]e fieri putamus. Venae & arteriae hoc inuolucrum implicantes ab umbilicis uas, quum illud permeant, principium mutuantur; quae & si sunt longe gracillima[re] ac tenues, ta-

men inter dissecandum prompte occurunt, quod hæc membrana præ cæteris corporis membris & tenuissima sit, & omnis probris adipis expers. Vnde etiam ipsa post partum apud quasdam nationes non inleganter exscicata uisceris modo seruatur, atque uulgo apud nostrates in mæculis galea, in lemninis uitta, apud Italos uero includum fusile perlausum habent: in hoc errantes, quod omnibus pueris hanc membranam communem haud esse arbitrantur. Quod obstetricum infecta fieri video, que interdum, & ut plurimum tertium inuolucrum simul cum secundo à fetu abstrahunt, tunc illam suam camisiam non obseruant. Aliquando uero quum extimum inuolucrum utero adhuc in partu peritacius adhæret, ipsæ que fetus ante prodit, tunc intimum ipsum inuolucrum capit ipsius aut cruri, aut manu obductum abs secundo inuolucro prodit; id que tunc mulieres religiosæ, & magna superstitione obseruant, nec ab his modis, uerum & ab occultis philosophis summopere expetitur. Quum interim pariter & intimū & secundum possent semper matres æquæ puerorū nomine (uti charillim meana matrem fecisse video) reponere, si extimum inuolucrum, aut lienofam illam substantiam à secundo inuolucro deradi mox curarent, & ablutas postmodum membranas sceno leuiter opplerent, uescicarumque modo exsiccarent. Putauerim enim elegantius fore, si grandiam pueri mater illius offerret inuolucra, quād quod easimil cum fecitus urina, & sudore, & qui profluit tunc atro fanguine in cloacas reieci, aut in terram fodi curant. Quum ceteris uitiparis animalibus ferentur innatum, ut simili omnia que fetum inuolunt, deuorent, ac deglutiunt, id quod in parturientibus canibus non inuicendè aliquando obseruui. Porro' que uenarum & arteriarum in umbilicum pertinentia sit series, in tertio libro qui uenis & arterijs dedicabatur, esequuntur sum, quum uenam dicere in ictus ferri, à qua priusquam in ictus absfumitur, in canibus ramus in mesenterij centrum pertingit: arterias autem secundum uescicas fundi latera prospere, atque in humiliores ramos arteriae magnæ inferi, quos diffundit post magnam supra faci ossis initium divisionem. Quoniam pacto autem hæc omnia ad amulfum dissectione indagatur sis, ubi mamillarum sermonem absolueru, ordinatum subiungam.

DE MAMILLIS. CAPVT XVII.

MAMILLARVM fabricam non alter delineare licuit, quād in dextero latere uigintisequintæ figura eam exprimere conati fuimus.

a. Non est
nisi inter
A. B. C. D. 2
G. 14. figura.

b. 3. missal.
b. b. 2.



MAMILLAE etiam peritonio nulla ex parte amplexentur, quum tamē fecutu ubi is in lucem prodit, alant, atq[ue] in organorum generatio-
ni subfervientium numerum recensendaz fini, hoc quoq[ue] loco ipsarum fabri-
cian opportunè prosequemur. Mamillarum itaque situs nulli non conspicuus est: super pecus enim ad osse pectoris latera locantur, par-
ti inferiori brachium pectori aduenientis musculi superfracta. Verūm
ut figura admodū uariant, sic quoq[ue] parem non semper sedem occupant.

Mamillaria

Amplores enim mamillæ latiori firmantur basi, propendule uero ac flaccida: à naturali loco declinant: & quibusdam mulieribus uicinius ad pectoris medium inuicem accedunt, quibusdam autem (quod & pulcherrimum ducitur) inuicem recidunt, thoracisq[ue] lateribus magis appropinquant. Forma illis penè propria, semiglobum refert: quippe exterius rotunda, gib-
bosq[ue] lunt, papillæ quoq[ue] Græcis b[ea]ta appellatur) instar processus obtinentes: intus uero feu po-
sterius, qua peccus spectant, leuiter admodum sinuntur, secundum pectoris gibbum plang &
amplia basi commissa. Mamillarum moles quum à brachium pectori adducente musculo ab-
scedit, quā illæ potissimum dependent, ampliores quā in medio ductu euadunt, ut plerique
feminis simul in basi, & in ipharum extremitate ampliores ob concidentem ipharum substan-
tiam uisuntur. Porro substantia qua constant glandulosæ est, multo adipe abundans, & uenis paucisq[ue] admodum arterijs & nervis intertexta. Nerui quidem semper idem in mamillas per-
tingunt, ac sibi perpetuo similes sunt: uenæ autem & arteriæ crafstis & contento humore ad-
modum pro mammillarum mole, & quo tunc funguntur munere differunt. In glandularum for-
ma, substantia, multitudine & situ multo maior singulis temporibus est differentia. Viris nan-
que multis nullæ ac per quam paucissimæ eadem gradiæ sunt glandulae, uti etiam admodum puellis. Alijs autem frequentes exuberantesq[ue] adfunt, duritas, & mollitie, ac forma uariantes.
Inuiculae enim quibus fam mamillæ in mole attolluntur, generationiæ aptæ sunt, harum
glandularum obtinent copiam, sed inuicem compactarum & durarum, nulloq[ue] laetio humo-

Forma.

Substantia

re oppletarum. Dein series formaq; glandularum in mulieribus à ceteris animalibus, & potissimum uniparis differt, his namq; unicum quodammodo & continuum in unius eo ubere consistit glandulosum corpus, illis autem ad papillæ centrum una magnaq; & mammilla modo effigia habetur glans, cui aliae frequentes, sed parvae, & amygdalæ à cortice liberatis similes in circuitu accumbunt, duriori adipe, & uenarum & fibrarum ex carne membrana in eum pertinentium interuentu mutuo commissæ connataeq;. Vniuersa enim mamillarum substantia adipis ritu inter eum & membranam à nobis carna dicitur continetur, neq; costis incumbentibus musculis mammilla alio nexo committitur, quam per reliquum corpus carnea membrana subditis sibi musculis: nisi forte hinc paulo plures uenae interueniat, à musculis in mammillas digestæ. Ut cunctæ tamen mammilla aliquando flaccide propendeant, carneæ membrana à musculo non abscedat, uterum glandularum illæ una cum adipis non amplius constrictæ, sed flaccide à carneæ membrana laxatur. Mulieres enim lactantes & ultimis mensibus uterum gerentes, has uenæ lacito humor aut lacte oppletas habent, & ipsæ etiam glandulas ea abundant, & ob id moliores & fungosæ admodum, neq; ita inueniæ continue reddituunt, & illum tonum non amplius feruentes, neq; amplius duriusculo illas sufficiunt adipe, lensem flaccescunt & propendunt. Vrènum nunquam eo pertenuunt rariatis, ut deuoratorum à muliere pilum in le (uti Arisotetelis est tentatio) recipenter, & pilari morbo, Græcis πρωτότονος nuncupato, uexarentur. quandoquidem nulli dubium est, per tot angiportus tenuesq; anfractus ab ore in mammillas pilum nequaq; duci posse, etiam si illæ mammilla, quæ in ipsarum confiteretur uenis, amplexuræ essent. Est enim id Arisotetelis commentum, ipsi ab anu quapiam perfusum. Quancum fortassis, ut in renibus urinarij meatus bus, quid pili similes in mammillis progeni possent, non omni ex parte uideatur absolu. Cutis ma-
mille obducta, reliqua thoracis cuti congruit: mammilla enim substantia, ut reliquo adipi, con-
nascitur, pariterq; inibi crassa est. Attributum orbiculatum ad papillam nigricat, circulumque consti-
tuuit, qui q; Græcis nuncupatur, pertinacis maximæ in mammilla glandi connascitur, uelut
plurium nervorum, & tenuiorum uenarum instar fibrarum albicanter interuentu. Quinetiam
cutis hic interdum tenuior quam albi evadit, fungosæ quippiam, ut & papilla, adipiscens.
Huius namq; substantia peniæ substantia accedit, hoc est neruae quodammodo cuti intus spon-
gia substantia oppleret, que dirigit ac uicissim laxari non minus quam penis apta, & parson-
tu prædicta est. Obscuri illi tenuesq; nervi ac profus fibrae modo albicanter, in papillam perti-
nentes meatus uenarum surculi sunt, multipliæ ferri inter glandulas excurrentes. Venæ porrò ma-
millis exporrētæ, à tricipiti plurimum pendentes. Axillaris enim uena thoracis amplitudinem
egregia, ramum insignem in musculos pectori superstratos, & pectoris cutem impamigat de-
mum mammillam deponit. Quæ etiam elatiorem capsula fedem, & summum humerum impletant uenæ, deorum in plurimæ mulieribus ante sectionem conspicuæ surculos in mammilla cu-
tem ipsamq; mammillam deriuant. Apparet namque crebro mammillarum cutis uenæ in multis
mulieribus, & potissimum q; aliquando lacarunt, insigines, subuertentes, & errabundo duciunt,
ut in sura & in cubiti interna fede, aut in réporibus, tortuoso incedentes. Porro uenæ mammillarum
à tertia radice principium ducentes, non perinde in cutem atq; priores, sed in mammillarum sub-
stantiam peniæ excurrent, arterijs concomitante perquam gracilibus. Hæc namq; usq; ger-
minant uenæ, ac arteria à iugulo deorum sub pectoris ostiæ exprogrebat, & inter cartilaginem
interualla ramos pectori in cibentibus musculis & hinc mammillis diffundentes. Atq; hæc pecto-
riæ sunt uenæ in constructione mammillarum animaduertende, quandoquidem harum in-
teruentu uterum cum mammillis consorts legi afficiunt. Hæc namque mammillarum uenæ & ar-
terias (si modo que illis dispergantur) à iugulo, ut in uenarum & arteriarum serie docu-
mus, pronatae, eos que quoq; diximus ramos per cartilaginem interualla germinantes, deor-
sum sub pectoris ossis lateribus prorepunt, atque thorace excidentes, super anterioriem pe-
ritonacem transversumque abdominis musculorum fedem rectis musculis exproprietum
horum posteriori fedim innate, frequentesque lobos, donec ad medium illorum longitudi-
nis deuenient, hic illuc utrobique emittentes. Porro hæc iuxta umbilici fedem alias uenæ
& item arterias sub rectis musculis sursum conffidentes operiuntur, atque cum illarum ra-
mis ita implicantur, ac si utriusque manus digitorum apices edirentur, non autem ex latere una
commicunt, ac si utriusque manus digitorum apices edirentur, non autem ex latere una
commicunt. Hæc usq; sursum potentia ea demum sunt, qua à grandioribus caue & arte-
ria truncis per inguina crus acceſſuris principium assumeret, in tertio libro commemoramus.
Quæ & si ad eadem cum uterum petebutus uenis radix non enascatur, adeo ta-
men utero accumbunt, uicinaq; sunt, ut qui hinc in uteri uenis coaceretur sanguis, illis
uasis excipi, sursumque ferri posse credatur, aut suis oculis sanguinem à descendentibus sub-
pecto.

*Libro 7. El*florilegium de ani-*
*mabus.**

Papille sub-
flanata.

Venarum ma-
mellum pecto-
riæ fræta.

pectoris osse uasis, accipientia ad uteri uenas ac arterias diffundere. Verum hac ad uenarū & arteriarū in tertio libro traditū seriem spectat, quae in praesenti uenit adeunda, hoc paradoxo non postposito, paucissimas prorsus uenas ab illis quae sub pectoris osse porrigitur, in mammillas diffundi, & arterias adhuc multo rariores, & si ausim dicere nullas. Nervi mamillarum ab illis pendit, qui subditis musculis exporrigitur, neq; aliter hi in mammilarum quam reliquias thoracis cutem deriuantur, præter unicum qui subinde ex quinto costarum interuallo papillam adit, multosq; furculos ipsi offert. Quād uero singula primario mammilarum munere idonea rerū Opifex iustissimè fabrificeret, intelliges, si scorfulum unumquodq; suo usui adhibueris. Ac precipuum quidem mammilarum officium in omnibus animalibus que animal concipiunt, & animal in lucem edunt, censendum est, tenero adhuc ac iam nuper nato fecuti alimentum præparare: quemadmodum uter munus est femen concepire, fecutum que tantisper dum absoluatur continere. Non autem in hoc præcipue, quanquam in quarto de Animalium paribus libro Aristoteles hoc innuit, ubera creauit Natura, ut cordis sedem operiant, & deinde in mulieribus secundarij, aut illis abiente Natura ad lacitis generationem, & ad ipsum continent facient. Quandoquidem plororum animalium & uirorum puerorum que mammile ad lacitis primo generationem, dem uero ex positiu, quem non solum in homine commodium, sed & necessarium in pectori obtinuerunt, cordi uelut propaginatum eas effici documento sunt. Quum enim neque pueris neque aliqui animali ad generationem nondum apto mammile exurgant, sed ueluti note cuiusdam gratia absque peculiari aliquo in illis corpore, quo à reliqua inter cutem & carnem membranam pinguedine deficiunt, duntaxat in illis habentur sunt, certum est, eas primò non propugnacili uice fieri: nam in illis animalibus ac pueris mammile neque copiosiorem adipem, neque glandulas, neque aliud quippiam præter teneram papillam habent, quo propaginata illis quibus incubunt organis merito dicentur. Ad hæc, si quod incrementum in uris mammili recipere apparent, & quasi alterius cōmodi causa, quād note cuiusdam habenda sunt, id illis magna ex parte prouenit per aō anno bis septimo, quum primum genitale semen ferre ac pueribus inceptum, ut stirpes femen laturas primitum florcrenuim, adē fāne ut lacitis gratia potius quam propaginata intumescere, effeminateores que ipsi mammillas fieri constet. Nam & lac nonnullis uiris post pubem exprimi, & per fuctum frequentiorem vel multū prodigie, Aristoteles ipse assert, & nos quoq; non femel id conspeximus: uerū hoc potissimum accidit iunioribus & senioribus uiris, quibus mammili redduntur conpecciores, præcipue si humidiiores, iuiores, neq; amplis uenis sunt, corum que ipsorum ijs magis qui uiri quam candidi sunt. Quod uero mammili homini, quemadmodum & finie, in pectori collocentur, non ita autem exteris; præter hoc quod brachiorum manuum que operationes non impedit, latum que peitus, neque ut reliqua ferē animalia in acutum promittē ha beat, mulier puerum lactans abundē indicat, nobis que in illo officio uariorū coniecturis colligere promptissimum est, mammillis commodiorem regionem sefili animali & manibus uistro (ut in ter ueneris præter eam ulum) anteriori thoraci regioni nullam excoigari posse. Nam hic si tuis lacitis generationi propter cordis calorem non est ineptus, & ex abundantia mammillarum cordis propaginatum & uallum quoddam censi possunt, homini imprimis pectus exprorecturo, neque solo ceterorum ferē animalium modo humi redinatur. Deinde & situs hic reciprocum quandū calorem (qui tam magis necessarius ventriculo & intestinis suis est) cordi retribuit. Mamillæ enim lanei penicilli, aut ueftis, aut ipsius in corpore adipis, aut carnis ritu à corde caloris officina prius excalefacta calorem illum reprimēdo tegendoq; reuerberant. Item, cordis thoracis cōtinuum motum, cordisq; inexpugnabilem calorem ad lacitis generationem plurimi conferre, qui concoctionis alterationisq; naturam perspectam habet, abq; negotio colligit. Porro mammillas homini clatus, ceteris uero animalibus humilius ex Aristotelis & Galeni aliorūq; philosophorum & medicorum suffragiis collocata est propter aliam, aut ut ipsi dicunt, excrementum quod in lac conuertendum erat, penurianum: nō omnime parte fanum esse arbitror. Primum enim huc copum dirigunt, quod fecutus in utero inferioris corporis partis excrementum fanguinem in nutritum affluit, mammilla uero ad lacitis generationem fanguinem præcipue superioris partis. Dein adiicitur, homini in extiori parte mammillas reponi, ceteris autem animalibus non item, quod his superioris partis excrementum in cornua & ierbis, fecus multo quam mulieri absurmetur. Quād uero cerui, equa, eiusq; generis animāta uenis quā à iugulo deorsum sub pectori feruntur magis ac homines carent: & in illis ex superioribus corporis partibus ad uterum fanguis minus quam mulieri possit transfluit: & non multo plus mulieri, depilatis alias omnino, excrementum in longissimos capitis crines, quam alijs animalibus in cornua & ierbis pro proportione deperiret. Sed profecto hac Aristotelis ratio illi correspondet, qua in-

Mamillæ
uerba de du-
canteur.

*Ad amillarū
mamillā & offi-
ciū, ipsarūq;
constructionis
ratio.*

Situs ratio.

mera de menstruis purgationibus problemata, nescio an tam uerò ac audacter medici & philosophi soluant, quum inter reliquias huius generis questiones, quam ob rem animalium sola mulier, & forte equa, menstruo laborent fanguine, interrogant, ac intrepide uulgo impONENTES aſ ferunt, alij sceminei sexus animalibus in pennas, crines, cornua, squammas, eam menstruum purgationem absumi: in muliere uero, utpote luxi ac depili, singulis menfibus defluere, quasi uero non frequentioribus & procerioribus plumis gallus quam gallina, & in reliquo animalium grege masculi magis quam femella ornarentur: deinde illi solidiores maiores que ungues, & crista (qua aues ornantur) longè proceriores maioremque obtinenter. Ac denique si leo non hisfutor leona esset, & ampliori longiori que cauda & iuba equis quam equa, & in ceruorum sexu & boum non tam pilorum quam cornutum frequentia, & proceritate, nulla plane effet differentia: & quasi mulieris ad talos usque pendens coma, quia sponsa apud nostras crines, acrum medicaminum ui, italarum more haudquequam credentes, uelut chlamyde obiectas indies uidere est, non uiri omnes pilos saepe etiam mole superaret. Verum haec alio spectant: quemadmodum & illud, cur mammillæ mulieribus maiores quam uiris obtigerunt, a proinde reliquam confectionis mammilarum rationem aggrediamur. His forma exterioris rotunda, ut minus iniurias efflent obnoxiae, perquam idonea luit: intus uero ea parte qua pectori committuntur, planas latas que merito illas fecit Natura, ut firma niterentur bafi. Teneram quoque & prominentem meritò adipiscuntur papillam, ut hanc angusto tenero que infantis osculo indentam, is confessim labijs molliusculis constringat, & inferiorem deducens maxillam, & buccas contrahens lac attrahat, deinde in flar canalis linguam inflectens ad stomachum, à nemine interim eductus, propellat. Ut uero in illo suctu papilla turgidior procerior & quam alii dum minime opus est redderetur, similem cum pene possidet substantiam, quae & laxari concideat, & rufus à suau contactu intumescere erigi queidonea censeretur. Papilla autem seni exactioni, & neruorum surculis abundat, ut mamillis hac quoque ex parte cum genitalibus effet affinitas. Ut enim illis ad uenereum congressum generis que propagationem, illecebram ac uoluptratem indidit Natura: sic quoque & überibus, & potillimum papillis, ut in lucem iam editus fecerit tenero & nondum dentato ori papillam lubentius mater titillandam pruriendam que inderet, ac fugendam officeret. Mamillarum uero glandulosa substantia eius est ad iustitiam temperie, ut in uenis adductum fanguinem in lac familiare hominis alimentum conuerte concoquere possit. Venæ etiam non minor industria ex remotis longisque partibus multis anfractibus, ut latus melius mamillis prepararetur, sunt porrectæ: quod non tam necessaria atque utiliter accidit. Nec essari quidem, quoniamque & si secus Galeno uisum sit succinctiori quam nunc uia uenae mamillis non potuerint deduci. Quo pacto enim, quælo, à uena causa, quæ inter septum transuerterunt & cordis auriculam nulla suffulta basi uena qua piam recte a sursum inter costarum intervalla ad mamillas (quod Galenus facile factu arbitratur) commode de duceretur: Primū enim non ut reliquias causa uenae caudex, hæc crastam fieri oportuit, ac proinde de fusse in uulnus, nec cartilaginum intervalla tantum uenam in demnum admisissent, sed conti nuo comprimerentur, & ipsa tutius non firmata in thoracis motibus illico diuelleretur, latusque eruptione pericolo homines semper suffident obnoxii. Verum exacta uenarum inter distane candum ductus consideratio facile arguente est, neq; ab illis quæ in brachium feruntur uenis, in mamillas surculos cōmodius quam nunc posse porrigit, multoq; minus à caua & arteria magna, nisi à iugulo ubi haec pectoris ossis summum contingunt. Quis uero in flexionum & erratis itineris uenarum, & harum quidem frequentium, non autem unius grandioris ad mamillas ductuum uetus sit, uenae ac arteria femininalium & aliorum uasorum materiam ab alio organo concoquendam deferentium errabunda itinera & gyri commonstrant. Quid porrò ualeat ut in eum mamillis communio, ac proinde uenarum à mamillis ad eas quæ prope uteri uenas enaseruntur, congregatus, is demum pernoicit, qui ex Aristotele lacis generatione usumque & lacis ad tencrum adhuc infante alendum, necessitatē perdidicit. Primū enim inter mamillas & uteri mirificum esse consenserit, præterea quod simul cum utero mamillæ exurgunt, quotidiana in abortibus, & quæ secunda ualitudine fecundus fruatur, experientia erudit. Nec id profectio iniuria, quæ ad unius opus conficiendū uterū & mamillas coparauerit Natura: uterū quidē, ut & antea dissimus, ad semē cōcipiendū, absoluendū fecerit: mamillas uero, ad fecundū in luce prodiū alendū. Atq; hæc sane cōsiderat legē uenarū arteriarū quæ mutuus congregatus ductusq; efficiunt, que necessaria est, ut quidam fecundus in utero augere etiformatur, illi soli alimentū ex utrīq; suppedita, tu uenae deriuēt: ubi uero in luce editus fuerit, totū id rursum mamillæ influat. Vnde euā fieri non potest, ut simul & mēles probē defluat, & mulier laetet. Alterū namq; membrū semper siccet, duū sanguis in alterū declinat, deferturq;. Sanguinis autē dum utero gerit mulier, ad mamillas re fluxus

Formæ ratio-

*Papille com
fluvialium &
tus substan
tie enuclea
tio.*

*Veniū claus
mills commun
vionis ratio.
Lth. 4. de Ge
neratione ani
malium cap. 8.*

fig. 55.
inter Dier
coll.

fig. 56.
ib. 3. n.

fluxus priusquam parit, iam diu ad hunc modum incipit. Antequam mulier conceperit, & floridæ tam sit ætatis, sanguis ille singulis menses profluit; ex quo fecundus, ubi mulier conceperit, alimen tum allicit. Ceterum uenæ insidem ad uteri latera constitutæ, tam latæ, tamq; prolixæ frequentesq; ac sanguine turgidæ sunt, ut et formatum iam foetum, & augmento duntasat indigentem temporis successu affatim enuriant, & nonnihil semper superflui colligant: quod in illis collectum, alio regurgitat, regionem querentes, in quem commode transmigret. Commoda autem regio sunt (led ad hoc famulante Natura, & peculiari indita ipsi uenæ) uenæ secundum rectos abdominis musculos sursum confidentes, & ad illas accedentes, quæ sub pectoris osse deorum excurrunt, illæ namque sanguinem in has deponunt, & lac menibus (ut diuinus aiebat Hippocrates) germanum efficiunt. Quod autem, ut Galenus assertus, uterū uenæ in quo superfluum id reponant, nullam communio regionem habent, salsum est, nisi diuinæ cuīdam ac peculiari operationi tantum munus aferbamus. Venæ enim quæ in crux pertinent am pliores, & rectæ magis deorumq; protensæ sunt: aut etiam ut inter conceptionis initia, aut quum mulier uterū non gerit, per uteri uenas sanguis abundans menstruarum purgatione modo efflueret posset. Et adhuc nimis veritati consonum est, uentris in utero genitibus molem comprimendo ad sanguinis illius ad mammulas influxum quicquam auxiliari, nam lucentillimè recti abdominis musculi, dum facta recindimus animalia, compresi, admodumq; latiores redidi, mirum Naturæ opus nos exosculari cogunt, quo sursum siue per uenas cuius proximæ subditæ, siue eas quæ rectis exproprigitūmusculis, crafror ille sanguis per comprefias angustasq; uenas, & etiam plus quam non prægnante muliere inflexas tanta copia regurgitat. At in hunc modum de mamillarum uero fermo plus sat iscreceret: quod ne fiat, nunc opportunum erit omnium quæ hoc libro perfrinximus organorum dilectionem quam ac curatissime subiungere.

*QVONAM PACTO ANATOMEN AG
gredi conueniat, & triuatum omnium que hoc libro commemorantur
partium administrandi ratio. Caput XIX.*



o c Caput, ac dein postremum sexti libri, & postmodum septimi penultimum libens ita accōmodare, ut singula capita eorum organorū quæ suis libris tractantur secundi artificiam sic persequerentur, ac si quis hæc duxat, taxat in aliquo corpore intueri, aut alijs commōstrare propoſueret. Deinde ea Capita ita uelut descripta, ut si simul nixa fingerentur, instar libri cuiusdam essent uniuersum secundi artificium complectētis: quo quis probet in Anatomie uersatus, apud studiosos in publica sectione uti posset. Quanquam enim priuatam & inter paucos exhibant sectionem, publicè preferendam nemō ambigat, quum tamen omnibus nō suppetat corporum copia, multoq; minus peritior aliquis, qui ad cuiusque uota & sectionem aggredetur, in promptu semper sit, publicam quoque sectionem à studiis sumptuose experitandam duo, ut ipsi uel obiter in ea spectatorum turba edocet, si quando in cadaver incident, proprijs manus administrationem accurate obcant, & studia in iuicem conferentes, hanc medicinæ seu naturalis philosophiae partem debitè ample xentur: idq; postillum in nostra huic sculi felicitate, quando unā cum ceteris disciplinis, Anatomie prorsus sopita, eoufū promoverit, ut omnia quæ hoc opere persequor, una eademq; hyeme & Patruj & Bononiae in a spectantiū frequentia ad eum modum non semel aggredius sim, quo praeles septem libros digelli. Primum enim adhuc studiolorum & mea opera uariorum hominum femur ac iuuenum, mulierem & uirorum ossibus, compactis & dissolutis, simul cum simiarum & canum, aliquotq; aliorum animalium ossibus, Galeni librum de Ossibus ad eos qui introducuntur, prælegi, ac ossium cartilaginumq; seu corum quæ fulcri modo humanam fabricam sustinent, ac quæ reliqua describuntur cognitionem unā absoluti, mos omnium muscularum & ligamentorum pariter, ac omnium quæ secundo perractantur libro, fabricam perfectus sum: prior lectione studiolorum admonens, quo nam loco Galenus eos quos sequenti lectione ostenturus erant muscularos describeret, atque quum longius duxisset Galeni uerba prelegere, ante lectionem, ipsius sententia semper recensui, ac postmodum hominem & canem, & quum obigit, simiam in omnium præsentia secui, seculò omnia uti à me describuntur commōstrans. Absoluta muscularum historia, in eodem corpore in quo illas administrateram, uisera, & quæ uulgò in tribus ventribus cōtineri dicimus, obiter ostendi: spectatorū animos ad uenarum, arteriarum & nervorum disciplinam hac ratione parans, qua ante muscularum doctrinam offa aggredior, ut felicet uenas postmodum, arterias & nervos commodius in alio

Ordo in
matrone docen-
de obseruan-
das.

corpo tunc pertractarē, ac pariter in codem quæ ad interiora spectabat ad aīnūssim absoluērem, ante sc̄tarum partium ostensionem carum fabricam ad eum modum semper docens, quo illam his libris cōmemorare adiūfus sum. Quo autē modo quis h̄c omnia obiturus sit, partim in primo & secundo recenti, partim uero hoc capite & in calce subsequentium librorum compleſtar. In primo enim libro oſſium parandorū rationem, in secundo autem muſculorū difſcandi in uno corpore methodum perquebar. At hic me negocio ita accingam, ut etiam h̄c omnia in uno tantū caduere, si modo in corporum penuria id opus efflet, adiūſtrare quæ: ac rursus, si uelis, priuatim singula in uarijs cadateribus perſicias; quod longe etiā est cōſtūfili-
mum, ne corundem organoru partium ueſeris interturbetur, ac uenas qui muſculi oſtenduntur, aut quum neroſis træſas, muſculos explicare tenaris. Corpus itaq; publice ſectioni adhiberi conuenit, in ſuo ſexu quam temperatiſſimum, & aetatis medie, ut ad hoc tanquam ad Poſtūli ſtatua alia corpora poſſis colerre. In priuatim autem ſectionibus, quæ crebriſſe accidit, utile erit quoduis aggredi, ut cuiuſmodi id quoque fit expendas, corporumq; diſferentiā, que ramq; multorum morborū naturam aſſequaris. Theatrum porrò ac menſum cui cadauerū imponetur, ea ratione confici curabis, qua han tibi commoditym, illud uero excipiens ſpecia toribus aptius fore duxeris.^a Inſtrumenta autē operi adhibenda, in ſecundo libro utrūq; recenſui. Quim itaq; in uno corpore omnia abſoluere neceffum eft, neq; feriat, ut in hiſ libris docemus, singula pertractare liceat, de corporis humani fabrice cognitionis dignitate & uſu quādam, ſi uiliuſ fuerit, leuiter preſentis ſclecto prefaberis, uix enim hodie illa eft Academia, que non unum atq; alterū habeat, quod dilectione ſemper utilissimum adhibeatur. Cadauer autē ipſum poſtquam hominem à ceteris animalibus diſſimilariſ, in caput, corporis trunca, manus & crura, oratione diuides, aut tres ipſius ſedes uel uitores conſtitues, quæ ſingulare ſingulis fecundum Platoniſ præcipue ſentientiam dicantur animis, atque hiſ ſedibus & generationis organis poſtmodum manus cruraq; adiiciuntur. Mox libeſit accutius corpus diſtingue, & exte-riorum partium nomenclaturam studioſe reſerſe, quam ex uarijs Galeni & Aristoteli locis, deinde collectum ab autore Introducotorij ſeu Medici, & Iulio Polluce, & cū alijs pleriq; Geor-
gio Valla petes: quanquam & ego paſſim in primo libro Oſſium nomina perlitrigenſ, carum uocum non pincetandam ſupellectilem collegem, nomina enim ſuperficieſ ſedibus indita, etiā oſſibus ferè adhibentur. Vnde etiā aliquando in cadauere ſicut oſſium delinquentia in ſua ſede pinxi, quo ita aptius idem nomen oſſi partiū quam os occupat accōmodatum oſtendere. His nomenclaturis adiecte partiū diſferentiā, eis in ſimilares ac in ſtrumentariā ſub diuidentiē, atq; hic uile fuerit cōmemorare, quæ nam partes in harum illarum ueclafem reponantur, nō neglecia cōmuni cuiuſq; partiſ decriptione: quan & hic noſter labor affatim fuggeret, ſi mo-
dino ſingulare decriptione in ſuis locis requirere non grauaberis. Partium nanq; enarrationes ab ipſiarum decriptione ferè auſpicatus ſum, uti etiā inter diſſeſcandum cōſueui, quā ſeriatim omnia aggredior, & quam doceo partē in alio animali nudā oſtendere conor: quod etiā nuq; accepto can, aut agno, aut alio quoq; paratu faſi nō abſq; ſpectantium uſu praefiteris: ſi modō quid os, cartilago, fibra, ligamentū, adeps, caro, glādium corpus, deinde quid muſculi, enervatio ſeu tēdo, aliq; muſculi partes, uena, arteria, & neroſi ſint, lubeat docere, ac mox quo paſto ma-
gis in ſtrumentariā partes coſciantur oſtendere, hec enim nō inopportune generatim, uti dicebā, in animali quoq; (nehominius corpus hac occaſione uicies) cōmonſtrātur, quā minus carum partiū ignoratiā in cuiuſq; membris in ſtrumentariā enarratione ſpectatorē remoretur, & ipſenarrationis leſi cogariſ interrupere. Porrò diſferentias, quæ inter enarrandum à partiū uſu, ut quid quædā ad uitā, alia ad ſpeciē fuſcēſionē, alia ad bene uiuentū faciant, aliq; eius generis diſfe rentiae, quæ huc quā plurimae referriri poſſunt, in preſentia neutiquā propositū illi recentere, quod huiusmodi paſſim in ſingulare partiū capitibus ſatis prolixē doceat, quodq; hic ſectionis rationē mihi explicandi potius q̄ illum in cathedra circa partiū cognitionē, ac ex aliorū libris duntaxat philolophandi modum cōmemorandi aſſumpſerim. Illā itaq; aggressiſſimus, ſtudiorū ſodalibus poſtū quām miniftris, qui ſcāntē adiuuent, adhibitis, acutiori nouacula orbicularē ſectionē ſecundū umbilicū adeo profundi duces, ut cutem penetreret, dein à media pectoris oſſis longitudine rectā ſectionē ad umbilicū uſq; molieriſ, & ab infima umbilicī fedē perges ad pu-
bis uſq; mediū uirilis membrī (ſi modō uiri cadauer ad manū ſit) radicem cōringē: aut, ſi mulie-
ris corpus ſcas, quoq; pubis oſſis fedē inter uulue ceroticis colliculos ſuperaueris, ut ſcilect
a peſtore ad pubē uſq;, una quaſi lectio (integro interim umbilico) pertingat. Poſt hāc, utrinq;
ad umbilicī laterē ſectionē trāſuerſim ad lūbos uſq; duces, id interim ſtudes, ut ſolū cuſe pertun-
das, quod in homine, et poſtū ſi obſerueris, faciū non adeoſ elardui, quād adipiſ crafties,
ne carnosam uitiae membranā, prompte remoretur. Factis hunc in modū ſectionib; cutis an-
gulum

*Cuiuſmodi
corpoſ ſectio-
ni adhiberi cō-
ueniat.*

*Quam in uno
corpore om-
nes partes
junt offencia-
re, & a quib; u-
tratuſ ipſa
tachanda.*

*Cutis, evi-
cie, adiūfis, &
carneſ ſe-
menta in ab-
ſtratione.*

*a Bononia
& Parma
tār pār-
mas, que
ex amīda
parte, ba-
ut libri
fron pro-
pōnt.
b ſig cap. 7
libri.*

gulum, qui ex quatuor rectis angulis umbilicum spectantibus superior dexter est, hamulo, aut summis sinistræ manus ungubus attollito, acutissimâ nouata cutem ab adipice fecerente re studeo. Vbi cutis portunculam liberauerit, hac sinistra manu eleuata, reiecto hamulo, paulatim cedem ad mammillas usque uestris doris transuersis sectionibus proxime ad cutem factis, ab adipice diuiditis. Hic abdominis thoracis pars parte à cute nudata, reliqua tres pari modo sunt detegenda; ac cutis & cuticula (*τριχοποδία* Græci vocant) natura unius inquirenta, que in cuide quidem aliò negotio sibi offert: cuticula uestro non nisi illam ardentes candele, quam cuti adhibeas, ut uscille modo à cute abscidere cogas. Cum cute deinceps & unius ipsa secundum abdominis regionem, & ab inos fursum & a peccato deorsum excurrentibus adipice quoque examinata, si hoc homo (uti ferre solent omnes diuturniori morbo non enecati) abundet, illam quemadmodum iam cutem ab adipice liberasti, à carnosâ membrana feungens, quod fane nisi accutum nouacula nuncquam aptè confercis. Si uero maclentius obtigerit corpus, adipem carnosa membrana adhaerere sine, adeps enim tunc quod nullam obtineat castitatem, quo minus carnosioris membrana natura in corporeum ueniat, nihil impedit. Ut cumque feceris, siue adipem abraseris, siue adnatam membranam reliqueris, nifdem per membranam ductis sectionibus, quas a peccato ad pubis os, & ab umbilico ad ilia in cute facienda retuli, harum quoque sectionum anguli hamulo sunt feriatim eleuandi, & ipsa membrana retuliori si libeat nouacula, aut digitorum beneficio à subditis corporibus separanda, ut iam sim cum magna thoracis pars uniuersum abdomen cute adipice & carnosiori membrana detectum occurra. Ad hunc sanè modum administrationem in scholis subin de sum agressus: quanquam si quis uelit, integrum etiam sit in una tantum abdominis parte cutem, adi pum, & carnosa membranam examinare, & à reliquo abdominis fede cutem simul cum adipice & membrana abscuello artificio lanitorum ritu auellere. Verum de harum partium natura, adeoq; administratione, in secundo libro egi prolixius, in eodemq; libro rationem qua optima abdominis musculos, qui utrinque quatuor fuit, aggrediaris, & peritonæum nudes, qui cum duplice ratione abdominis musculos dicrem refecando, in uno quidem latere sectione ab abdominis medio uestris musculorum origines inchoata, in qua primum abdominis musculos oblique descendens, ab ascende oblique auerterit, mox is à recto & transversum disto abdominis musculo, deinde rectus à transuerso, recti interim infertione à costarum cartilaginibus liberata. Alteram sectionem à lateribus abdominis medium facienda præcepit, qua etiam oblique descendens ab oblique ascendentem auerterit, & deinde hunc ascendentem à transuerso, & rectum insuper à transuerso, & postrem transuersum à peritonæo liberat, sectionis uidelicet ferie ab abdominis medium deducta. Ac proinde si feriatim singula in uno corpore offendere animus est, ex secundo libro abdominis musculorum administratione petenda uenit, que nunc prosequar precedens. In hac etiam priuatum *uenarum* & *arteriarum* & *neruorum* series est examineanda, tenarum quidem ac arteriarum, quæ à pubis regione superum secundum rectorum musculorum posteriorem regionem uestris umbilici sedem continentur, & cas quoque a peccato huc quoque contendunt, & in proximas fedes quemadmodum illæ furculos utrobique deriuant: neruorum autem ab illis productorū, qui costarum spuriarum interalias offeruntur, & à lumborum vertebris ad abdominis musculos (ut suo loco comprehenduntur) uarii disperantur. Cæterum transuersi musculos undecunque à peritonæo liberantur, tota ipsius propemodum exterior superficies oculis obicitur, omni enim ex parte euadit conspicua, praterquam quæ septo transuerso obniscitur, & quæ ex vertebris & ossibus facio originem ducit. Cæterum hominis peritonæum natura infirmus est, quam ut leuina, gocio id undecunque à septo dirimi queat: quamuis interim solius manus beneficio peritonæum datum adhuc integrum est, ad spinam iuxta à subditis illi musculis, & nonnulli quoque à carnis septi fede liberetur, & sphæram planè oblongam referat. Porro si minori negotio peritonæum penitus à septo auellere uisum sit, id in porcellis præstiteris commodissime, si postquam (ut in homine) à peritonæo transuersum abdominis musculum feueris, id à carnosâ leptâ parte tuis digitis, cultri uice lensim separare studeas. ita nanque à neruosa septi transuersi parte peritonæum abscedet: & si deinde in opere perreseris, ab uniuerso ventriculare corpore ad omentum *utique* membranas, deinde & à eis corris gibbo peritonæum auctiles, difessis quod nam pacto id illis organis tunicas inuolucrâ offert. Postquam diligenter peritonæum exterus cum suis foraminibus, unis, arteriis, neruosis perpendens, nouacula aut cultello à finistro mucronante cartilaginem latere deorsum ad sinistram utique umbilicis sedem sectione in peritonæo ducenta est, mente adhibita, ne altius cultello impacto quicquam subditum uulneres. Hinc ab umbilico candem sectionem modicè finistrorum inclinantem ad pu-

*Venarum per
abdominis re-
gionem inter
citem et cap-
itam membra
nam excutit
zium.*

Ocio abdominalis musculorum.

*Venarum, ar-
teriarum, ner-
vorum per ab-
dominis muscu-
los repenteum,*

*Peritonaei à
partibus ex-
trinsecus ipse
commisso liber
ratio.*

*Apertio pe
ritonae, et una
usorum umbi
lici administra
tio;*

bis usque os (ut aliquo interualllo ab ipsius medio in sinistrum latus deviet) tentanda est. Insuper in hac sinistra peritonaei parte directo umbilici sectionem uerius sinistrum ille molieris, & superiore eius peritonaei partem ad costas, inferiorem uero uerius coxam reflectes. Leuata autem nunc surlumq[ue] non nihil reuoluta, seu dextrorum inuera peritonaei dextra parte, uenae ex umbilico in icur pertinenti animu ad hibebis, qua potius fumi multo adipere oblitio, quam uenae responderet. Hanc quia iceri proxima est, & ubi duntaxat a peritoneo abscedit, sinistra manu apprehendes, & acutiori cultello inter ipsam & peritonem iniecio, transuersis sectionibus eam ad umbilicum senfir accedens a peritoneo diuides. Quo quum peruerteris, intacta uena, ab umbilici dextro latere ad illa usq[ue] sectionem in peritoneo duces, eam peritonaei partem, que nun libera est, super dextri lateris costas reflectes. Ceterum iam adhuc una peritonaei pars, que in dextro latere inferior est, umbilico cōnata manet, nondum ue libera penderet, quare ut & hanc liberas, neq[ue] aliquid interim uities, umbilico sinistra manu comprehenso, ab ipsius dextro latere, seccio in hanc peritonaei partem ad pubis usq[ue] os facienda est, qua digitorum ali, quo latitudine a pubis oſſium commissura in dextrum declinet. Inuera modò peritonaei partcula, qua triangulis adhuc ab umbilico ad pubis os uerisca fundum pertinet, tres quasi funiculi inuicem appositi, atque illi peritonaei parti interioris adnatii uisuntur, qui studiole cul-
tello acutiorib[us] ea sunt diuidendi, ipsi q[ue] funiculi inuicem attente dirimendi ueniunt, ne in ho-
mine uerius pubis ossa innum[er]a liberè sectione producens, uerisca fundum vulneres. Homi
nis namque uerisca, eo quod tota anteriori sede peritoneo connascatur, multa q[ue] pinguedine ob-
ducatur, ita ruditibus imponit, ut hic uesciam repont ignorent, uesciam querentes, que ipsi in
hominibus perinde atque in bobus & canibus occurat. Quum itaq[ue] haec non occitanter exper-
deris, medium funiculum uerisca fundi medio innasci, & nulquam a peritoneo abscedere ob-
seruabis: reliquias autem duos secundum uerisca latera deorsum, penitusq[ue] ad arterias per pu-
bis oſſium foramina in crura delapfuras porrigit conspicies, modo eos a peritoneo acutiori cul-
tello ad illorum usq[ue] in sectionem liberare non pigear. Meatis funiculus, meatus est, quo e[st] uerisca,
qui uero gerimur, urina in mediis fetus tunicis, qua a carcinius specie nomen inuenit,
excernitur. Reliqui autem duo, arteriae sunt, quibus naturalis fœtus calor recreatur. V erum neq[ue]
haec tria corpora, neq[ue] id quod iceri in inferius, ullam nunc cauitate habere uidebuntur, sed pla-
ne emorta arida & multo adipere enutrita apparebunt. Vnde etiā alios Anatomes latuerunt
proceres, ea omnino aboliri natis hominibus, quemadmodū in canibus ferè accidit, afferen-
tes. Ceterū postea uenae ab umbilico iceri insertae implantationē sedulo in spexeris, integrum
est, eam cum umbilico, quem haec tenet, deinde & tres alios funiculos refecare, animad-
uerisq[ue] peritonaei ad uerisca fundum connexu[m] sectionem ad omentum cōfères. Reliqua enim
qua in peritoneo adhuc uidenda superfunt, nisi paulatim organa hoc obcircita abfluerint, ui-
dere nequies. Porro priusquam aliquid loco dimoucas, omentum situs uenit obseruandus, num
felicit ut in canibus & porcis, atque adhuc multo magis in simiis, ad pubem usq[ue] id sub uerisca
posteriori sed, exporrigitur: an uero (ut frequentius obseruatur) uerius sinistrum latus reuo-
lutm, surlumq[ue] etiam supra medias intestinorum sedem contractum occurrit. Si postrem
illud inueneris, utraque manu humilius omentum extremitate modice eleuabis, ac sensim equa-
liter deorsum detrahens id omnibus intestinis ad pubis usq[ue] os obtendes, ita enim quantum
sit, quodq[ue] interdum ad inguinā & scrotum & inter uescicam & uteri ceruicem deuolum possit,
condic'es. V erò om̄eti ad colum intestinū, quia uentriculo id exporrigitur, connexū cernas,
duabus rursus manibus humiliore omentum finem sursum ad pectoris os attolles, & priusquam
aliqua ex parte inferiore omenti membranæ partem, quia uelut ex tercia collu intefinsti tunica
enalcit, a colo diflectes, omentum quām polliſ maximē pectori obtendito, ac intestinorum
situm summa qua poteris industria solis utens manibus intefigato, & primum anteaquam
alicuius intefinsti locum perturbes, ipsa ut eleuata iam omento spectanda offerit, ad amulsum
contemplaberis. ut quī cuiusq[ue] intefinsti ducitū didiceris, cui peritonaei regioni unumquodq[ue]
uincinus sit, in medicamentorum usi & affectibus dignoscendis perspectum habeas. Similatim
igitur id accurate neq[ue] obiter profecto obseruaueris, dextram manum recti intefinsti quā id of-
fis facri incumbit initio, accommodabis, & sinistra manu tenuia intefinsta leuiter in dextrum
deprimes, non quidem omnia, sed corū partem que dextra manu quām a recto confundes,
in progressu erit uincinor. Ad hunc itaq[ue] modum sinistra dextra famulat, a recto intefinsto sen-
sim dextram colo admouebis, atque secundum ipsius ductum revolutionesq[ue] ad sinistrum renis
sedem, hinc ad liem & fundum uetriculi pertinges, quod quum peruerteris, murato manu
ministerio, sinistra colum est apprehendendum, dextra uero tenuia intefinsta in sinistrum mo-
dicē depellenda, quoq[ue] omnē fundi uetriculi sedem, icurq[ue] superaucris, & colum sub dextri

11.1.1.1.1.

P. 1. 1. 1. 1. 1.

B. 1. 1. 1. 1. 1.

Q. 1. 1. 1. 1. 1.

M. 1. 1. 1. 1. 1.

F. 1. 1. 1. 1. 1.

L. 1. 1. 1. 1. 1.

I. 1. 1. 1. 1. 1.

U. 1. 1. 1. 1. 1.

A. 1. 1. 1. 1. 1.

V. 1. 1. 1. 1. 1.

G. 1. 1. 1. 1. 1.

H. 1. 1. 1. 1. 1.

T. 1. 1. 1. 1. 1.

C. 1. 1. 1. 1. 1.

D. 1. 1. 1. 1. 1.

E. 1. 1. 1. 1. 1.

F. 1. 1. 1. 1. 1.

G. 1. 1. 1. 1. 1.

H. 1. 1. 1. 1. 1.

I. 1. 1. 1. 1. 1.

J. 1. 1. 1. 1. 1.

K. 1. 1. 1. 1. 1.

L. 1. 1. 1. 1. 1.

M. 1. 1. 1. 1. 1.

N. 1. 1. 1. 1. 1.

O. 1. 1. 1. 1. 1.

P. 1. 1. 1. 1. 1.

Q. 1. 1. 1. 1. 1.

R. 1. 1. 1. 1. 1.

S. 1. 1. 1. 1. 1.

T. 1. 1. 1. 1. 1.

U. 1. 1. 1. 1. 1.

V. 1. 1. 1. 1. 1.

W. 1. 1. 1. 1. 1.

X. 1. 1. 1. 1. 1.

Y. 1. 1. 1. 1. 1.

Z. 1. 1. 1. 1. 1.

A. 1. 1. 1. 1. 1.

B. 1. 1. 1. 1. 1.

C. 1. 1. 1. 1. 1.

D. 1. 1. 1. 1. 1.

E. 1. 1. 1. 1. 1.

F. 1. 1. 1. 1. 1.

G. 1. 1. 1. 1. 1.

H. 1. 1. 1. 1. 1.

I. 1. 1. 1. 1. 1.

J. 1. 1. 1. 1. 1.

K. 1. 1. 1. 1. 1.

L. 1. 1. 1. 1. 1.

M. 1. 1. 1. 1. 1.

N. 1. 1. 1. 1. 1.

O. 1. 1. 1. 1. 1.

P. 1. 1. 1. 1. 1.

Q. 1. 1. 1. 1. 1.

R. 1. 1. 1. 1. 1.

S. 1. 1. 1. 1. 1.

T. 1. 1. 1. 1. 1.

U. 1. 1. 1. 1. 1.

V. 1. 1. 1. 1. 1.

W. 1. 1. 1. 1. 1.

X. 1. 1. 1. 1. 1.

Y. 1. 1. 1. 1. 1.

Q Vena in hominibus potissimum à iugulo una cum septi transversi nervo deorsum excurrens, &
membranæ thoracem interseptentis ramulos deriuans.

R,S,T, *V* Pulmonis pars sinistram thoracte cauitate occupans, ac *R* & *S* huius partis sedem notant,
que colitis, seu ipsas succinctam membranam proxima est, gibbū cernitur. *T* aerō & *V* eius par-
tis sedem indicant, que priusquam collabretur, exteriori superficii membranæ thoracem inter-
diuidentis committetur. Rursus *R* & *T* partis huius pulmonis superiorē insinuant fibram,
seu lobum. S autem & *V* inferiorem.

SECVNDA SEXTI LIBRI

FIGVR A.




SECVN

- P RAESENTE** figura, quam erectam, nō autem humi prostratam fiximus, primam sectionis serie subsequitur. ceterim anteriori thoraci sedē & lateribus cute & musculis qui illis ad nascentur, denudatis, ac costarū cartilaginibus ab ossibus liberatis, ipsiusq; ossibus extorsum effractis, tandem pectoris os una cum ipsi coartatis cartilaginibus ab utrisq; thoracē inter se pectibus membranis liberauimus, iursumq; deduximus, ut illius interior superficies obuiā esset, et membranarum thoracē interdiuidentia natura accuratius adhuc quam in prima figura exprimeretur.
- A,A** Pectoris ossis una cum costarum ipsi commissis cartilaginibus interior, seu thoracis cavitatem spectans superficies.
- B,C** Due indicant uene d' iugulo pectoris petentes, ac præter frequentes quas diffundunt rami mulos, etiam ad clatiorem abdominis sedem excurrentes.
- D,E** Due arteriae uenae super commemoratas ad umbilicū usq; regionem concomitantes, nullib; tamē ut uene ad cutem subeunte.
- F** Glandulae sub elatiſima pectoris ossis sedē in iugulo reponit, ac uasorum securae distributione à Natura præfectae.
- G,G** Dextre thoracē interdiuidentia membranarum pars, que dextro pectoris ossis lateri adnascentur.
- H** Dicitur modo membrane dextra, seu pulmonem spectans superficies.
- I,I** Sinistra thoracis cavitatem interseuentium membranarum pars, que sinistro pectoris ossis lateri ante sectionem connata fuit.
- K** Dicitur modo membrane sinistra, seu pulmonem respiciens superficies.
- L** Intervallum indicatur inter duas thoracē interseuentes membranas inibi conspicuum, ubi humero pectoris ossi continuantur.
- M,M** Hec protuberans regio cordis indicat situm, cor enim una cum ipsis inuolucro immotum inter membranas thoracē septentes collocatur.
- N,O**, **P,Q** Pulmōns gibbum sedesue costis contermina indicatur, neutra namque ex parte pulmonis partes in latera refleximus. **V** erum **N** & **O** duas fibras dextre partis pulmonis indicant, **N** quidem elatiorem, **O** uero humiliorem, atq; ita etiam in sinistro latere **P** & **Q**.
- R,R** Septi transversales, quād mucronata pectoris ossis cartilagine hic insignita, & deinde cartilaginum que pectoris ossi non coarticulantur mucronibus, liberata.
- T,V** Cutis deorsum à thoracē anteriori sedē, euerfa, atque ea superficie conspicuā, qua musculis obducatur.

TER TIA SEXTI LIBRI

FIGVR. CL.



TER.

QVONIAM duas precedentibus figuræ cordis ac pulmonis sitū abunde indicant, præsentem figuram (ut & subsequentes unius) tanquam ē thoracis cavitate euulsum delineauimus, ne si singulis figuris truncum corporis appinxissimus, negotium fructuaria operofus reddetur. Tertia itaq; figura cor suo usitatum involucro continet unde cum pulmone & septi transuersi portione, cui in hominibus magna amplitudine cordis involucrum conformatur.

A Hic uene eaque portionem sursum conffidentem & magnam arteriam praescidimus, tantum uta forum cordis affracta portione, quanta cordis involucro obducitur, aut d' qua id involucrum potius initium dicit. Vbi enim hic B affracta, illic involucrum pertinacissime eatur uenae & magna arterie & uenae arteriali adnascitur, ab illis usq; non seces quam à corde, tuto illo inter C. uallo abscedens, quod à B ad C metitur. C enim cordis basis sedem regionemque indicat.

D, E, F Cordis involucri anterior sedes, cordis figuram nuci picea non admodum absimilem referunt. D enim & E basim notant, F uero mucronem.

G Ab F ad G sedes insinuitur, qua cordis involucrum septo transverso in hominibus seces multo quam in canibus adnascitur. Ceterum uenule hic in cordis involucro confituae, non cordis, sat ipsius involucri sunt, id namque in hominibus tam crassum ualidumq; uistur, ut cordis color per illud uix transpareat.

H Septi transversi pars.

I, I Septi transversi pars.

L, M, N, O Pulmo, at singuli characteres singulis humani pulmonis insinuant fibras, lobos &c.

QVARTA SEXTI LIBRI FIGVRA.



QVARTAE FIGVRÆ, EIVSDEM' QVE CHARA.
Cterum Index.

HAE C figura cordis involucrum diu sum gerit, ipsumq; cor et cordis uasa anteriori sede ab involucro deteximus, corde interim immoto.

A Sedes, qua cordis involucrum cordis uasa supra ipsius basim continuatur.

Cor.

B, B Cordis inuolucrum ab anteriori cordis sede in latera reflexum.

C, D, E Cordis anterior sedes. ac C quidem & D ipsius indicant basim, E uero mucronem.

F Vena cava.

G Arterialis uena.

H Magna arteria. Vena autem arteria nisi corde in dextrum latus (ut sexta ostendit figura) reflexo, nulla ex parte conficit potest.

I Dextra cordis auricula.

K Sinistra cordis auricula apex.


L, L Vene sunt ac arterie à cordis basim cingentibus uasis pronatae, atq; buc ex posteriori cordis sede, adeoq; sinistro ipius latere anterius sum reducuntur.

M, N, O, P Pulmonis indicant fibræ lobium.

Q Septi transversipars.

QVINTA SEXTI LIBRI

FIGVRÆ.



QVINTAE FIGVRÆ, ET IPSIVS CHA-

racterum Index.

P RÆSENTE figura una cum pulmonibus cor exprimit, uerum ab ipsius inuolucro penitus liberum: ac in sinistrum latus in hoc reflexum, ut uene cause ad cordis basim continuas oculis subiceretur.

A Cordis dextrum latus, magnaq; ipsius posterioris sedis regio.

B Dextra cordis auricula.

C Vena cava, quā in cor debiscit, aut ab ipso prorsuscitur.

D Vena cava portio, septum transversum permeans.

E Septi transversipars.

F Vena cava portio iugulum petens.

G Vena paricarentis initium.

H Arterie magna radix.

I Arterie magnæ truncus, qui decursum ad spinam explicatur.

K Portio est nervi sinistri, sexti pars nervorum cerebri, à quo subsequens figura cordis nervulum deprimi ostenderet.

L, M, N, O Pulmonis notantur fibræ.

P Væsorum pulmonem ad eum bic aliqua series conficitur.

SEXTA

SEXTAE FIGVRAE, ET IPSIVS CHA-
racterum Index.

P RÆSENIS figura cor in dextrum latus ita conuolutum proponit, quem admodum mox præcedens id adjunxitram ostendebat reflexum, atq; ut illa uene caue ad cordis basim continuitatem indicabat, ita præsens uenalem exprimit arteriam, ac sinistram cordis aurem, & cordis quoque neruulum, cuius ductus ut est effector, arteria magna aliquo propagines, & afferæ arteria & neruorum exti paris cerebri portiones huic figuræ adnexas reliquimus.

A,B,C Cordis sinistrum latus, & posterioris ipsius sedis magna regio.

D Vena & arteria cordis basim cingentes.

E,E Vene & arterie a uasis cordis basim ambientibus deorsum exorrectæ.

F Sinistra cordis auricula.

G Arteria uenalis.

H,H Arterie uenalis siboles in sinistram pulmonis partem excurrentes. Quæ uero in dextram feruntur, oculis non patent: quod illarum radix sub corde mox in huius uasis ortu ad dextram pulmonis sedem præcepit.

I Vene arterialis principium.

K Arterialis uena pars, sinistram pulmonis partem petens.

L Arterialis uena pars dextra pulmonis parti distributa, ac secundum posteriorem caudicis magna arteria sedem reflexa.

M Apex dextrae cordis auriculae.

N,N Vena caua.

O Magnæ arteriae caudex.

P Magnæ arteriae portio deorsum ad spinam detorta.

Q Magnæ arteriae portio sinistram axillam accedens.

R Arteria magna portio iugulum petens.

S Arteria magna portio iugulum petentis dextra pars, à qua axillaris dextra brachij consti-
tuitur arteria **T** insignita.

V,X Soporaria seu somniferæ arterie.

Y Afferæ arterie caudex.


a Dexter neruus exti paris neruorum cerebri.

b Ramuli, quos neruus a insignitus ad dextra recurrentis neruus constitutionem digerit.

c Dexter

- c Dexter recurrens seu reuerens nervus.
- d Sinister nervus sexti parisi nervorum cerebri.
- e Sinistri nuper commemorati nervi surculi sinistre pulmonis parti oblatus.
- f Ramuli sinistri nervi d' insigniti, a quibus sinistri recurrens nervus constituitur.
- g Sinistri recurrens nervus.
- b Nervulus secundum uenam arterialem exponreclus, ac eordis basis centrum adiens.
- i, k, l, m Pulmonis indicantur fibræ.
- n, o Septum transuersum.

SEPTIMA SEXTI LIBRI FIGVRA.

SEPTIMAE FIGVRÆ, EIVSDEM QVE CHARA-
CTERUM INDEX.

Hæc figura cor à pulmone & septo transuerso liberum ostendit, cuius dexter ventriculus unicata sectione ad apertus cernitur ab anteriori sede orificij uenæ caue ad cordis usq; mucronem ducta, quò id orificium et ipsi praefectæ membrane in conspectum uenirent. deinde ut interior dextra cordis auricula superficie oculi subiaceret, eam intro eueram fiximus.

A Vene caue pars septum transuersum permeans.

B Vene caue pars jugulum petens.

C, C, C Orificium uenæ caue in dextrum cordis sinus pertinens.

D, E Orificia sunt ascendens & descendens uenæ caue partium.

F Dextra cordis auricula inuicta, & inæ qualibet fibro samq; ipsius notans superficiem.

G Coronalis uenæ principium.

H, H, H Protuberans in uenæ caue orificio circulus.

K, L, M Tres membrane uenæ caue orificio praefectæ.


N, N Fibra ab inferiori se de membranarum uenæ caue orificij, deorsum ad ventriculi dextræ latera mucronemq; ductæ.

O, O Carnes partes indicantur, que fibras nuper dictas amplexantur, teretemq; formam exprimit.

P Hæc ventriculi dextri cavitas uestitus uenæ arterialis orificium pertinet.

Q, R Crustites substantia dextrum cordis ventriculum constitutis.

OCTAVA SEXTI LIBRI FIGVRA.



Bb OCTA

O C T A V I A Figura in hoc diam precedente uariat, quod ex dextri cordis ventriculi se de, inibi P insignita, sectionem duxerim in uene arterialis usque amplitudinem, ac eius ueneæ orificium distenderim, ut membranæ ipsius apte in conspectum uenirent.

A Veneæ caue portio iugulum petens.

B Arterie magna caudex.

C,D Vene arterialis orificium, uerum singuli characteres indicant singula foramina ramorum, in quos arterialis uene candex primum discinditur.

E,F,G Tres membranae arterialis uene orificio praefectæ.

H,I Cordis ventriculorum notatur septum, seu sinistrum latus dextri cordis ventriculi: atq[ue] ita hic de xtri ventriculi cordis inuersa amplitudo in conspectu est.

I Una membranarum uena caue orificio adnatarum.

K Dextra hic pendet cordis auricula adhuc inuersa, atque cum cordis substantia cui proxima est reflexa.

N O N A S E X T I L I B R I F I G V R A.



N O N A E F I G V R A E, E I V S D E M ' Q V E C H A R A.
cterum Index.

H A C figura idem cor, quod duabus iam precedentibus, ostenditur, uerum hic una seccio ex arterie uenalis orificio ad cordis usq[ue] mucronem ducitur, ipsiusq[ue] uenalis arterie orificium unde cum sinistro cordis ventriculo distenditur, apparentibus simul membranis illi orificio praefectis, & inuersa cordis sinistra auricula, ut & hæc internam ipsius superficiem ostenderet.

A Magna arteria caudex.

B Vene arterialis portio.

C,C Venalis arterie orificium.

D,D Protuberans in uenalis arterie orificio circulus.

E,F,D Due uenalis arterie orificio praefectæ membranæ.

G,G Fibra ab humiliori dictarum membranarum sede decorsum ad sinistri cordis ventriculi latera protensa.

H,H Carnæ cordis substantia, eas quas modo G & G insigni fibris amplectens.

I Sinistra cordis auricula introrsum inuersa.

K Septum cordis ventricularum.

L Hæc sinistri ventriculi amplitudo ad magna arterie orificium conscedit, cuius membranas modo explicatur sumus.

M,M Substantie cordis, quæ sinistrum ipsius ventriculum constituit, crasities.

DE



DECIMAE FIGVRÆ, EIVSDEM QVE CHARA-
cterum Index.

*HIC ex sinistri cordis uentriculi dextra clatiōris sedē sectionem ad arteria magna ampli-
tudinē usq; duximus, ut distē cius orificio tres membrane ipsi præfclæ in propatulo essent.*

*A Arterie magna orificium.
B, C, D Tres membrane arterie magna orificio præfclæ, uerū barum trium uti inter dis-
candum crebro fit, una per medium dissecta est, & utrinq; una ipsius pars conspicitur. Estq;
quam B insinuum.*

E, F Principia sunt duarum coronalium arteriarum.

G Coronalis uene & coronalis arterie hic apparet portio.

H Arterie uenalis orificium.

I, K Due membrane arteriales uene orificio apposita.

L Sinistra cordis auricula introrsum intus.

*M Fibrae ab humiliori dictarum membranarum sedē, ad sinistri cordis uentriculi latera per-
tinentes.*

N Carnea cordis substantia dictas super fibras adaugens, amplectensq;

O Portio uena arteriosæ.

P, Q Cordis substantiae crastites, ubi sinistrum cordis efformat uentriculum, indicatur.

R Cordis uentricularum septum.

*S, S Hic ad arterie magna radicem dura & ueluti cartilaginea cordis conspicitur substantia,
quæ dissectionis professorebus oīsis nomine habetur.*

V N D E C I M A S E X T I L I B R I FIGVRA.



V N D E C I M A E FIGVRÆ EIVSDEM QVE CHA-
racterum Index.

*HÆC figura cor per transuersum dissectum ostendit, ut cordis substantiae secundum
ipsius uentriculos crastites in conspectum uenirent.*


Bb 2 Cauæ

- A Cava uene pars.
 C Arteria magna caudex.
 D Vena arterialis.
 E Sinistra cordis auris, cui portio appendet uenalis arterie. Atque hi characteres cordis basim
insinuant.
 G,G Dexter cordis uentriculus.
 H,H Sinister cordis uentriculus.
 I,I Septum cordis uentricularum.
- B Dextra cordis auricula.
 F,F Cordis mucro.

DVODECIMA SEXTI LIBRI FIGVRA.

DVODECIMAE FIGVRÆ, EIVSDEM QVE CHARA
cterum Index.

- PRAESENT I figura anterior pulmonis sedes, à qua cor præcelū est, delineatur,
que in inferiori, terramq; speclanti bubuli pedis, sedi non admodum imagine absimilis uisitetur.
 A, A' Stomachi quo cibus in ventriculum fertur pars.
 C Vena arterialis.
 B Affera arteria.
 D Venalis arteria.
 E, F, G, H Quatuor pulmonis fibræ, scilobti. Verum G & H priuatum pulmonis sedem indicant,
septi transversi gibbo thoracis amplitudinem speclanti congruentem.
 I Septum transversum.

DECIMATERTIA SEXTI LIBRI
FIGVRÆ.

DECL

HÆC figura pulmonis ex thorace evulsi posteriorē notat sedcm.

A, Aſperæ arteriæ portio posteriori ex ſcde hic conſpicua.

B, C, D, E Quatuor pulmonis fibrae ſeu lobt, bubuli pedis superiorē regionē forma exprimentes.

SEXTI LIBRI FIGVRARVM

Indicium finis.

QVAS PARTES NATVRA SEREAE

ſubſtantie reficiende fabrefecit, ac que priuatim uitali ſpirituſu
ſubminifret. Caput I.



V A M affabre cibi potionisq; organa corporis nostri architectus extruxerit, quemq; ipſorum uſus & actionis gratia numerum, ſitum, formam, conne-
xum, ſubſtantia, uaforum nuerorumq; infeſionem ſingulis largitus fit,
ſuperior liber non perfuſorū explicit. Quo circa praeſens instrumenta,

*Sexti libri ar-
eumnum.*

aerænam que continuo defluit ſubſtantiam reſliftuſia, ac calorem innatum
recreantia, opportunè complectetur. Quod autem omnes respirationi pul-
ſuſq; familiates particule in horum claflem collo candæ ueniant, cuius per-
ſpicuum eſcet arbitror. neque minus quenquam respirationis & pulſus uſum (quoad nobis ani-
mae ſubſtantiam ignorantibus hunc noſſe datur) latere exiſtim: ac proinde etiam nunc in illo
rum uſu explicando haud longius hærendum eſt. Quanquam in fecundo libro, quum respi-
rationiſ ſubſeruentiſ enarrare muſculos, &c in tertio, ubi arteriarum uſus recenſebam, de re-
ſpirationi & pulſus natura uſuſ nonnulla perractauerim. Aſolutam enim horum traſcacio-
nem neque illiſ neque hinc ſubtingendam duxi, quod hanc priuatios coſdem complurimos li-
bros exigere, Galenus omnium bonorum autor nos abunde docuerit, quoq; in preſenti po-
tius partium corporis deſcriptionem, quām contentioſe, ignoranti adhuc animaſ effientia, pul-
ſus & respirationi uſum perſcribere fit animus. Quando inſpiramus itaque, omnibus corpo-
ris partibus fecundum naturam ſele habentibus, negi caloris ingenitū (quem Galenus animam,

*Qd dñs in re
plicatur, eorū
diſiſt & ipſi
ſubtemplatione
tum pertium
functionis ea
meratio.*

*Lib. 3. de
te curat ad
Glaucōnem.*

aut primarium faltem ipſius inſtrumentum eſcet albi ateflatur) qualitate quauiſ occaſione ad-
aucta, tunc aera per nares atrahimus: cuius portio ad cerebrum, quum per oſcui capiti ſi-
foramina, quibus oſluctuſ ſorgana incombunt, tum etiam atque id magis per meatus pi-
tuſum ex cerebro ad fauces deducentes aſſumitur, ſpirituſum animalem nonnihiſ enutritura. Ve-
rū per nares attracti aeris copioſior portio, ex ampliſ narrum ſoramina in fauces fecun-
dum posteriorem † gargarī ſedē duciſtur, nonnihiſ ab illo temperata. Hinc in laryngem, &
dein per totam aſperam arteriam in frequentes ipſius per pulmonis ſubſtantiam propagatas fo-
biles fertur. Poſtquam uero ab ea huſtantia emutatis, ac cordi quodammodo pri-
paratuſ eft, ab arteriæ uenoſis ſurculis ſimiliter pulmonis ſubſtantia in teſtis, ex aſpera arteria ra-
mis elicitur, atque in ſinistrum cordis uentriculum per arteriæ uenalem delatus, tenui ſeruidoq; admodum quem cor inibi contineat, ſanguini coſmifetur. Huius aeris qualitate contenti in hoc
uentriculo caloris qualitas euſtilatur, ſubſtantia autem caloris (quaer aere & ſpirituſi ſanguini exhalatione conſtat) illius aeris ſubſtantia enutritura. Quod uero uelut fuliginofum ex hac
cordis propria peculiariq; functione congeritur, rufus per arteriam uenalem in pulmonē able-
gatur, atq; ab aſpera arteria propaginibus exceptum, uā cum reliquo aere, quem ex illis pro-
paginibus arteria uenalis germina tanquam cordi ineptum non atraxerant, denuō per aſpera
arteria & larynge faucesq; nares educitur. Huiusmodi ſane in naturali respiratione aeris du-
ctus perficitur in non naturali uero aer potiſſimum per os atrahitur, efferturq;. V ocamus au-
tem non naturalem respirationem, qua alterius quam temperata caloris innati qualitatib; nomi-
ne uitimur, ut quuma ea qualitas aliqua ex cauſa in cum modum increuit, ut per nares adiuſius
aer fromini non ſufficiat: aut quoties exuſtationem, uocem, eius que generis reliqua, ad que ſe-
cundario respiratio ſumulatur, tentamus. Ab aeris ſubſtantia in ſinistro cordis uentriculo fan-
guini ibidem contento permixta, uitali ſpirituſi conſpicuit, qui ex hoc ventriculo in magnam
arteriam unā cum ſanguine impetu ruete ac ſeruido diſfufus, per uniuersum corpus fecundum

Bb 3 arteriæ

arterie serice digeruntur, & calorē singulis mēbris priuatiū innatū reficit temperatē, quod ipsius diffusum est instaurans, haud secus fane atq; membrorum substantia à sanguine per uenas ad ducto refituitur. Et quemadmodum respiratio & sanguinis ex⁴ dextro cordis ventriculo in finistrum atsumptus, cordiad uitalis sp̄ritus calorisq; natui repositionem faciunt; sic pari ratio ne materia à finistro cordis ventriculo per arterias reliquo deducit, corpori altari partium sp̄ritum & natiuini calorem recreat. Atque huius etiam occasiois gratia idem pulsus & respirationis uetus confertur, quod enim inspiratio materiei in finistro cordis ventriculo reposita p̄stat, id reliquis partibus in pulsu arteriarum dilatatio largitur; expiratio autem arteriarum contractioni correpondet. At quibus organis, incredibili diuināq; artificis ui fabricatis, haec omnia perficiantur, quaē ratione haec admiranda Natura opera compleantur, iam ordine emitat per sequi: ea interim non repetitur quae in primo libro de thoraci offibus, & alpere arteriae cartilaginibus, ac in secundo de corundem musculis, & in tertio de arteriarū constructione perfecutus sum. Quapropter ut in libro hunc p̄cedente à peritonēo sermonis cibae potus organorū initium opportūne instituimus, ita quoq; & hic à tunica costas succingente nō immrito instrumenta aerea substantiae nutrienda dedicata auspiciabimur.

DE TUNICA COSTAS SVCCIN- gente. Caput II.

QVANDO QVID E M costas succingens tunica aliud nibil quam membrana est, neque ita integrē à costis, ac peritonēum ab ipsi commissis musculis, liberari potest, eius delineacionem aliunde sumere non licet, quam ex figuris internam thoraci amplitudinem superficieū experimentum, cuiusmodi imprimis conferti potest octaua muscularū tabula: ac ex oīsum figuris thoraci ossa simul proponētibus, ut due priores Capitis decimotertiū libri primi, & tres ultime citidem librī figure.

Nomen & fi-
rumenta co-
stas succingen-
tes.



VNICAE membranæ ue costas succingentis, ac ~~commissis~~ Græcis, uulgā autem pleura dictæ situm, nomen ipsius indicat: hac nanque omnibus costis (præterquam duodecimæ) septi transuersi implantatione occupata, praeter & toti pectoris olli subtensi, thoracis uero uertebrarum corporibus, & superiori septi partitioris amplitudinem respiciunt obducta; figuram & magnitudinem totius thoraci cuitati correspondentem adipiscuntur. Pertinet quidem parte ipsius posteriori à prima thoraci uertebræ deorum ad undecimam, è cuius regione septi pars arterianæ magnam transmittens constituit.

Anteriori autem ipsius parte à jugulo ad humillimum pectoris olli partem, cui septum immaturit, descendit. In lateribus uero à prima costa ad superiorem septi superficiem, quam thoracis cuitati respicere diximus, fertur, hanc uniuersam, ut & reliquam thoraci amplitudinem sublinens. Praefens itaq; tunica, perinde atque thoraci cuitatis, figura admodum varia. Superiori enim parte, ut & thorax angusta est, ac uelut in acutum desinit. Inferiori uero parte latior quam superiori exsift, in lateribus thoraci quoq; modo latior, quam inferiori fedu exsiftur. Deinde anteriori parte brevior est, posteriori autem multo longior pro obliqui situ septi ratione exsift, nam à pectoris olli mucron ad decimam thoraci uertebram pertingit. Rursum anteriori parte, ut & in lateribus exterius, quemadmodum & thorax ipse, gibba uisitatur; posteriori secundum uniuersam longitudinem, uelut ad amplitudinem ipsius internam impreso nem peritonæ quoque ritu exigit, atque id ratione uertebrarum & radicum costarum. Uertebrarum enim corpora in thoraci prominent cuitatem, ut & costarum radices, quæ à uertebrarum corporibus retrosum tantisper reflectuntur, donec denudu uerius anteriori deorsum procedentes obliquentur. Interius omni ex parte liquit, & ueluti aquo humore perfusa est, preterquam ubi procellos quosdam membraneos exporrigit, ex quibus aut alias educit membranas, aut corpus aliquod sibi colligat. Fit autē id præcipue secundum uniuersam posterioris hue partis longitudinem, ad uertebrarum nimurum progressum, ubi intersepientes thoracem membranas educit, & alperam arteriam, flomachum, magnam arteriam, & sine coniuge uenam firmat, & fibrisq; haec cuinculis connectit, illisq; tunicas exporrigit. Pariter se habet secundum olli pectoris & septi quoque à pectori ad dorsum longitudinem, ubi intersepientes thoracem membranæ illi continuantur. Nonnunquam, sed admodum raro, non fecus ac peritonæo interne huius tunice fedi adeps durior adnascitur, id que præcipue, ubi uertebris pro-

Magnitudo.

Figure.

Tunica su-
perficies qua-
les, quæ pars
ad alias par-
tes recessit.

terquam ubi procellos quosdam membraneos exporrigit, ex quibus aut alias educit membranas, aut corpus aliquod sibi colligat. Fit autē id præcipue secundum uniuersam posterioris hue partis longitudinem, ad uertebrarum nimurum progressum, ubi intersepientes thoracem membranas educit, & alperam arteriam, flomachum, magnam arteriam, & sine coniuge uenam firmat, & fibrisq; haec cuinculis connectit, illisq; tunicas exporrigit. Pariter se habet secundum olli pectoris & septi quoque à pectori ad dorsum longitudinem, ubi intersepientes thoracem membranæ illi continuantur. Nonnunquam, sed admodum raro, non fecus ac peritonæo interne huius tunice fedi adeps durior adnascitur, id que præcipue, ubi uertebris pro-

pinqvor

piñquier est, quaque ipsius insigniores uenae porrigitur. Præterea modo in uno, modo in altero latere membraneas fibras pulmoni applarat, quibus illum sibi admodum pertinaciter adnequit. Hoc enim non semel obseruauimus, idcirco potissimum in laevo latere, nō quidem ad costas duntaxat, uerum & ad septi⁸ partem pulmoni iuicinam. In canibus uero, sibis, simijs id rarius, aut nunquam reperiimus. Quinetiam in hominibus priuatim qua hæc membrana thoracis amplitudinem succingens septo obnascitur, cordis inuolucrum⁸ magna amplitudine ipsi coalecit continuaturq; : haud secus, quam si id hinc initium duceret. Porro hæc membrana superficie externa, quod undique adiacentibus partibus adnascat alptra, inæqualisq; inueni, conexas membranarum modo usit, uix aliqua tamen pinguedine inibi obducta. Insuper, ut neque peritonæum, præfens membrana non adeo pertinaciter omnibus partibus connata heret, ualidus namque of costarum ossibus ac cartilagineibus tunica peculiariter unamquamq; costas inuestit, cuiusq; mox meminero, interuentu adnascat, quam internæ interstitalium muscularum fedi. Sic quoque septi carnosæ parti longè remillius quam nervosæ comittitur. Quod autē similia cum lepto foramina peritonæi modo hinc adipiscitur, perspicuum

i7 mag. ta.
principijs, fe-
cundatior
tum q.
l. Perefigu-
exculps.
lib. 1.
l. 7 mag. cal.
tab. E.
m7 tab. F.
m8 fig. a.
o p. l. 1.
p. f. c. a. li.
G. G.
q. f. c. 12
lib. 12.

Tunica cost.
foramina.

cuius esse arbitror, quæ septo nang obducitur, ternis foraminibus est peritum, uno quidem uenæ cause caudicis parato, secundo autem stomacho, tertio uero magnæ arteria & uenæ pari carentis fini. In iugulo amplio continuoq; foramina non pertundit, uerum quæ eam inibi perceptant uasa pluribus foraminibus cōplicent, ipsijs adnascat, & tunica aliam à propria illarum ipsi offert. transmittit uero hinc uenæ cause & arterie magnæ ramos, ad hæc stomachum, alptra arteriam, lepto pars nervorum cerebri⁸ nervos, & septi transuersi etiam nervos. Postremo fecundum posterius ipsius fedis longitudinem utrinque ordinata serie perforatur, uenis ac arteriis costarum interualla petentibus utram præbens. Substantia deinceps conflat membrana, dura scilicet & tenui, alba, equali, & robore nonnulli peritoneum fulperante; uerum similius ipsi quoque peritonæo huius substantia ad dorsum durior quam iuxta pectus sentitur. Ipsius nanque origo à terrebariorum ligamentis illarum corpora cōcentribus potissimum pendet. Porro uenis ac arteriis & nervis quoque abundat, ac primum quidem in posteriori parte ipsi uena coniugis expers adnascat: deinde & magna arteria, in lateribus uero subtenas exigit longas, neque eas ualde gracie uenas & arterias, quæ singulis costis exporriguntur. Priori autem parti uasa ipsi incumbunt, sub pectoris osse deorsum ad abdominis su periora prorepentia, & ramos in costarum cartilagineum interualla digerentia. Nervos quoque adipiscitur ampliarimos; quippe in iugulo transmittit maximas lepto pars nervorum cerebri portiones, que in pulmonem, uentriculum, & iccur distribuuntur, nervosq; recurrentes germinant. Deinde etiam ibidem iter, ut diximus, præbet septi⁸ nervis, à quibus inumeras fibras tunica hæc mutuatur, quæ septum succingit. Atque hos quidem nervos intus complectitur, exteriori autem magnos, cōfidentia una serice at singula costarum interualla deductos obtinet, qui huic tunice una cum uenis arterijsq; attenduntur. Præterea in posteriori fede utrinque ipsi tubendulatur, lepto pars nervorum⁸ propagines costarum radicibus distributa, ac tandem in nutritionis organa (uti diximus ante) diffutile. Cæterum præter hanc costas succingentes tunica singulis costis⁸ alia peculiaria ostigit, quam Græci alteram succingentem costas membranā uocasse reor. Tale enim quid in libro de Constitutiōn artis medice Galenus, morbi lateralis species subducidens, indicare uideatur. Est autem altera hæc succingens costas tunica inuolucrum, quod omnibus propemodum ossibus commune cenetur, canimirum membrana, quam quid os ambit, neque Græci nuncupant. Quemadmodum enim ossa huiusmodi di membranarum obcingit, ita quoque & singula costas orbiculatum ipsas ambientem membranam extinguit, peculiariter nihil ab eiusmodi exteriori ossium membranis sibi uendicantem, quas ossium diximus esse inuolucrum, & uelut amicitia uinculum quo aptè durū os molli carnem committatur. At thoracis cauitatem succingens membrana, quia amicū pulmonis ad costas contractum molitur, toru thoracis cauitatem uelut una superficie non alperam reddit. Deinde omnibus que thorax cōtinet inuolucrum quoddam euafit, unde etiam ab uero tunica (uti à substantia, membrana) diffectione proceribus uocatur. Ad hanc ipsa quoque, ut & peritoneum ijs omnibus que amplectitur organis tunicas exponit, eademq; firmata colligat. Quod autem cum thorace diffendatur, arcteturq; neminem ambiger arbitror. thoraci enim undique adnata, talis conflat substantia, qualis & inuolueri loco habetur, ac simul leuis sequaxq; est. His accedit, quod præfens tunica lepto transuerso tenui & robusto interim opportunè facta, non inefficax robur adiungat, & in ipso, ut & in intercostalibus muscularis, membranæ muscularū uentre ambientis uicem abunde gerat: quanquam & propriam membranam intercostales musculariorum muscularorum modo obsecrare fortis uidentur. Venæ autem & arterie & nervi

fit.
z. filii, et
z. fig. b.
A.B.C.D.
e. muscul.
tab. E.

Substantia
nica costas
succingentes.

Principium.

Singulare
fis peculiaris
tunica.

Bb 4 ui

ui quibus tunica committitur, etiam si ad ipsius nutritionem & sensum usui sint, non tam in hunc gratia praecipue, sed uicinarum partium, illi adeo frequentes attenduntur. Vnde etiam ipsi & crebrior cum magna tensione & punctili cruciatu, ut & in cerebri membranis, inflammatio oboritur.

DE MEMBRANIS CAVITATEM THORACIS INTERSEPTENTIBUS. Caput III.

MEMBRANAS thoracis amplitudinem interdiuidentes non aliter oculis subiecte potius, quam id prima & secunda figura praeferre conatis sumus, ut ex illarum figurarum indicibus petere licet.



Interseptientia
membrana
uam membra
naria.

Numerus.

Situs.
Forma. Ma
gnitudo.

Quo pacto in
terseptentes
membranae in
succedunt.

Quid inter
membranas in
terseptentes re
ponatur.

MEMBRANA superiori Capite explicata, uniuersam thoracis cavitatem succingit, sublimitate, at membranæ quas Graeci *stomachorum*, nos autem interseptentes thoracem, aut uulgo mediastinu nuncupamus, eandem cavitatem interdiuidunt, in duas præcipuas amplitudines eam distinguentes, unde & nomen suum merito obtinet. Habentur autem in thoracis medio utrinque singula secundum ipsum longitudinem procedentes. At iugulo enim ad totum septum longitudinem pertingunt, & à tota pectoris ossis longitudine ad thoracis usque uertebrarum corpora exorriguntur. Atque his etiam terminis membranarum amplitudo circumscrivitur, quæ triangulum quodammodo exint aquila & obliquis costis lateribus uecōformatum refert, una enim costæ, que & brevior est, à iugulo secundum pectoris ossis longitudinem ad eius mucronem, & septi hic connexum fertur: secunda uero hac longior, à iugulo secundum dorsi ductum ad undecimam usque thoracis uertebram procedit: tertiæ longitudine inter illas media, ab osse pectoris secundum septi longitudinem declivis ad dorsum descendens, duas priores costas cōmittit. Præfentes membranæ in mutua distantia & coitu plurimum variant, secundum dorsi enim longitudinem, quæ uertebris committuntur, inuicem contiguae sunt, & quām minimam inter se cavitatem fibris membranæ oppletam efformant. Quia uero pectoris ossi cōmittuntur, in homine quidem inuicem nequitiam contigua sunt, ino pro^b ossi pectoris latitudine mutu^c distant. Superiori enim parte, ubi id amplissimum est, ac claviculas primamq; utriusque lateris costam solum, membrana etiam inuicem admodum abscedunt: cavitatem nihilominus uniuersam, quam inter se continent, fibrosis membranæq; nexibus adimplentes. Vbi uero pectoris ossi secundae costæ cartilago coarticulatur, quemadmodum pectoris os hic artus evans, ita quoque dextra membrana minus inibi à sinistra remouetur. Hæc membranæ disiunctio sensim secundum ossis pectoris longitudinem descendens, ut os ipsum latius efficiatur, sic quoque & illa capacior redita magis diducitur, ita sanè, ut tanta in homine hæc membranarum cōfurgat distatia, quanta undique pectoris ossis cernitur amplitudo. Cæterum quæ membranæ septo transfluer^b committuntur, omnium maxima inuicem abscedunt, atque hi tantam efformant amplitudinem, quanta septi transuersi membranæ circuli est latitudo. Cavitas, quam ibidem membranæ efficiunt rarioribus membranæ fibris obliterata, admodum ampla difficiliter occurrit, atque huius amplitudinis basis ad amissum correspontet figurae membranæ circuli ipsius septi, que latior est qua pectus quām quād dorsum respicit, latifissima uero in medio exigit. Praefens cavitas in hominibus nihil prorsus præter cordis inuolucrum, ipsumq; cor & uenam cauam septum penetrantem cōpleteatur. In canibus uero & reliquis animalibus longius pectoris os, longior emis thoracem possidentibus, amplitudine haec multo capiōr uisit, nullis membranæ fibris obducta. Deinde eius amplitudinis basis à cordis inuolucru multum, secus quam in hominibus, ut mox subiectam, distat. Ad hanc, præter uenam cauam illa quoque amplitudo in dictis animalibus pulmonis lobum continet, qui substernicu & manus cuiudam in ista cauam uenam hanc progrediente suffulcit. hoc enim homines quæ breviori ductu ipsi uena, quām illi animalibus ducatur, destituti sunt: quanquam Galenus ex simiis cōiecturam faciens, hunc lobum etiam hominibus tribuerit, ut post eum reliqui dissectionis scriptores ad unum omnes, qui nulla re habita consideratione, nec quicquam minus quam Anatomen aggressi, nil nobis aliud præstitere, quām quid perperam pleraq; ex Galeno descriplerunt: necq; lolum cum illo ueritati pepercunt, uerū apte à Galeno edocita admodum misere deprauantes, ac neficio in qua compendia feedissime confarcentes, ut Galeni ueterumq; omnes de re Anatomica libri propemodum intercederint, occasio fuerit. Cæterum hæc membranarum, quæ dorso, pectori & septo connascuntur, distantia est descriptio. Præter quam & alia uisit, eas quas dixi sedes nequa-

^a Fig. de
tra G. G.
H. finis
1. 1. et K.
figuræ.

^b 6.7. f. c.
19. lib. 1.
^c Fig. G. G
dijam ab
1. L

^d f. R.
c ab n. ell
7. mufic.
tab.

^e f. g. C. D.
E. F. G. de
in que ba
batur in b.
D. 4. figura

nequaquam contingēs, & ad cordis effigiem formata. Præsentes enim membranae in ipsarum medio cordis involucrum, ut diximus, complectuntur, & pro eius amplitudine formaq; dextra membrana à sinistra abscedit, & utraque in volucrum id ad natum exigit. Adeò ut inter has membranas cordis involucrum, ob idq; & ipsum cor unū cum suis uasis contingatur, deinde et caue ueue caudex, & innumeræ membranæ fibrae membranæ has inuicem quibus dixi sedibus colligantes. His in medio nulla, nisi id per quam raro, adnascitur pinguedo: exterior uero quāque suam thoracis respicit amplitudinem, multa sape, ac præcipue in hominibus, adipē abundant, adeò ut omento quibulam partibus similes, & pinguiores septūs uideantur. Praeter pinguedinem ipsa ad natum glandulæ corpus, ualoru distributionibus in iugulo praefatum. Venis ac arteriæ abundant, sed tenuis, ac illis qua per omenta membranas digeruntur per quam similibus. Venæ quidem non à caue, ubi septum permeat (quoniam ita Gale nus centauri) originem ducunt, sed postillimum ab illis quæ deorsum à iugulo pectoris ossi ex porrigitur. Illæ enim ueue ac arteriæ secundum harum membranarum ad pectus ductum de lacentes, in progressu furculos dispergunt ex anterioribus in posteriora pertinentes. Dein aliquot siboles his membranis^a ueua coniugis experte offeruntur. At præter has plerung, & postillimum in hominibus, alia notata dignæ crassitudinis à iugulo secundum utriusq; membra longitudine deorsum ad septum usq; deducuntur, septi neruo cōcomitata. Septi enim transuersi nerui in externa membranarum sede ipsi ad natum deorsum protenduntur, & quælibet ferè interruu à pectore & dorso in progressu distantes. Atq; hi solùm nerui cum uasis & adipē extrema membranarum regioni, quæ pulmonem respicit, adnascuntur, & leuis quodammodo, & aquo quasi humore oblitera uisitare: interdum etiam aliqua e parte pulmonem ad natum possidens.^b Interna uero membranarū fedes cum propter fibras membranæas, quibus inuicem membranæ committuntur, tunc eas quibus validissimè citra adipis interuentum cordis involucrum adnascuntur, utræq; aperæ sunt. At si quæ iuxta septum huius cauitatis regis fibris non obserdetur, ea quoq; leuis similiter & aquo humore madens uisitatur. Membranæ hæ tunica costas succingentes tenuiores aliquantulo sunt, ab hac ex omnibus illæ sedibus ubi ipsi membranæ comittuntur ortum ducentur. Sunt autem illæ fedes, ut diximus, pectoris os, septum transuersum & thoracis uertebræ, unde postillimum illæ membranæ enascuntur. Quæ primario uisu in hoc creantur, ut cordis involucrum, ac proinde ipsum quoq; cor, ne deorsum ac retrosum concidat, in sua sede contineret. Id enim & si ab alijs minime animaduersum fuerit, uiuorum & mortuorum festio luculentissimè (si animū modo ad liberis ostendet, quacunq; ratione has membranas aggressus fuerit). Deinde ad uasorum securiore ductum auxiliunt, & postremox ex uniuera thoracis amplitudine duas efficiunt cavitates, qui uis haud quaque minimus cense ri debet: quandoquidem huius beneficio altera thoracis cauitate pertulit, & pulmone hac fede propter aërem per foramen ingredientem à motu cellante, altera cauitas adhuc illæ animali famulatur, quemadmodum in vulneribus & uiuis lectionibus frequenter condicimus. Num autem his membranis, an uero à tunica costas succingentes organa in thoracis cauitate reposita, tunicas in uolucraq; muruntur, hic contentiose haud quaque disceptandum duxerim, quoniam plane idem uis, quod ad eiusmodi tunicas uasorumq; connexus spectat, harum membranarū & tunicae costas succingentes sensibus ueniat. Praeter neutram inuestigandum est, num una tantum in uniuero thorace costas succingentes sit membrana, quemadmodum eam descripsimus: num uero duæ, ut una quidē dextra est, ea scilicet quæ dextræ thoracis cauitatē succingit, una cum dextra intersepiente membrana: alia autem sinistra, quæ ibidem thoracis amplitudini obducit, & cuius fedis interditudinem membranam efformat, quod proflus non est absursum, effectione peculiaris differentia, quæ succingens costas tunica à peritoneo distinguere, quoniam id unicum reuera sit, illa autem tunica duplex confertur.

DE ASPERA ARTERIA.

Caput IV.

AD asperæ arterie harmoniam spectandam imprimis conductunt figuræ trigesimi octa ui Capitis libri primi, dein ex quæ uigisimo primo Capiti libri secundi præponuntur: ac proinde illas, earundemq; Indices intueri erit operæ precium.

*Quæ inter se
pertinent membranæ
nervi & felibus
tunicae fabricantur.*

*Pinguedo.
Glandulæ
corpus.
Venes, arteriæ.*

*Tum additæ
pius, tum fuligine
in Arollæ
lem argentea
confingens in
6 de Placitis
Hippocrat.,
Platonis.
Intersepiens
membranam
perfices &
connexus.*

*Orus inter
sepiens membranam
Intersepiens
tunica membrana
tunica uasa.*



N^o tertio libro, ubi arteriarum complectetur scripsi, h^ac cuius construcci^onem modo persequi statuum est, simpliciter quod a^rtem continat, arteria ueteribus Gracis primum appellata dicebatur: at temporis lucellu, quum & uasa⁴ uitalem spiritu sanguinem impetu ruente deducentia, & in uenarum numero non amplius habita, arteria etiam nomine donantur, haec quidem laues arteriae illa uero alpera, ab inaequali qua c^ostat substantia, nuncupabantur: eoc^o nomine ad hunc usque diem alpera arteria est obvia, non minus sane quam situs quoque ipsius, & numerus citra longam enarrationem confitetur. Vnica enim non hominibus modis, ueris & animalibus que pulmonem nancifuntur omnibus obigit, que longo ducitu, insfar caudicis cuiusdam, ex fauibus deorsum protensa, frequenti sbole in pulmonis substantiam dicitur. In fauibus enim (que Gracis q^ody^z nuncupantur) duobus narium foraminibus in oris amplitudine pertinentibus, alia duo in humiliori fauium sede correspondent, que quidem n^o secundum latus, ut illa, immo contermina, sed unum altero prius cernuntur. At horum quidem posterius stomachi cibum potumq^z ex ore in ventriculum deducentes initium exsistit. Anterior uero alpera arteria p^oncipium est, qua hinc deorum recti nufquam in latus decilians, secundum ceruicis longitudinem ad quartam usque thoracis uertebram dicitur, ita posterior fede substratum habens stoma chum, uertebrarum corporibus, primo^z dorsum mouentium muscularorum pari absq^z alterius organi interuentu inntemente, unde & alpera arteria a uertebris tantum remouetur, quia⁴ stomachi est crassitatis. Anterior autem alpera arteria sed non eadem toto ducitu prætenduntur, in etatissima nanque fede, ubi oris amplitudinem committitur, os ab *v* figura *omne* nuncupatum, ipsi cum illius ossis quoque musculis & eis prælocatur. Hinc uero ad jugulum ac pectoris ossis elatiorem sedem ulque, præter cutem & illi subditum ex carnosam membranam muscularum, arteria alpera obtinetur bifidus musculus, qui à pectoris osse enatus, ossis & referens anteriori parti inseritur, & deinde^z alijs duo à pectoris quoque osse in scutiformis cartilaginis humiliorē antiquam partem pertingentes, proximæ arterie hⁱc incumbunt. Vbi uero thoracem hæc ingreditur, principia quoq^z muscularum ex claviculari & pectoris osse ad mamillares in capite proceffus deductorū, tanquam propugnacula ipsi quoq^z præfiguntur. In iugulo glandium inibi usorum diuariacioni subseruit, & uasa ipsa præter pectoris os illam obtegunt. Quod tamen ipsius corpori proximum est, in iugulo quidem est glandium, & paulo demissius in thoracis amplitudine^z ramus arteriae magnus in loporales arterias distributus, que unum cum sexti parisi cerebri^z nervis, & internis singularibus alpera arteria lateribus suis ne attenduntur, deinceps laryngis radice utring^z glandulosum, fed rubicans corpus (quod postea expelliens describemus) ipsi adnatur. Ceterum quum primum ad quartam thoracis uertebræ corpus arteria alpera descendit, in duos pares bipartita trunco, unum^z dextris pulmonis lobis, alterum^z sinistris exponit, qui pulmonis substantia undiq^z ampliæ, parem cum pulmone sedem occupant. Imaginem alpera arterie uix illi rectius quam arbori assimilare, ruis caudex in duos primū ramos diffusus fit, & hi rursus in innumeris sboles diffusi. Huius nanq^z arboris à radicum propaginibus liberata ex terra prodiens initium, laryngi respondet: totus autem caudex reliqua alpera arterie parti à larynge ad quartam usq^z thoracis uertebram protensa conuenient: arboris uero ramii corundemq^z innumera sboles arterie in pulmonem diuertibus conseruentur. Vt enim caudicis initium radices educens, uarium, nec pari undiq^z constans forma uisit, sic & larynx alpera arteria caput undiq^z uaria diffimilem figuram exigit. Superiori enim parte prout aut depresso aut cretum fixneris laryngis^z operulum, acuta aut depresso obtusa erit. Anterior autem laryngis pars, & latera quoq^z, anteriores^z scutiformis cartilaginis superficiem commonstrant, quæ secundum ipsius longitudinem in medio extuberat, illin claveribus obliquè in posteriora extrorum procedens. Ad haec, ut huius cartilaginis superior pars amplior longe inferiori in hominibus (fucus quam in bobus) existit, ita etiam laryngis superior sedes hic latior inferiori cernitur. in humilissima laryngis sedes, que secunda laryngis constituitur cartilagine, amplitudinem latitudinem ue reliqua pere arterie caudicis ductus adaequat. Posterior laryngis regio, ac precipua huius regionis sedes quodammodo plana est, propter primæ cartilaginis que secunda imaginem refert, ad posteriora suis lateribus progressum, alias enim hac regio secunda ex tercia laryngis cartilaginis gratia, paulo minus tota teres est, ut si uerum humilissima posterioris regionis sedes, huius aliter quam anterioris regionis humilius sedes, idq^z occasione secunda cartilaginis humilius prima procedens. In posteriori sede, prout tercia cartilago in laryngis cavitatem co[n]trahit, aut extrorum porrigitur, ita quoq^z elatiores ipsius apices in interiora & exteriora ue magis prominent, laryngis figu-

figuram emutantes. Ceterum reliquias aperae arteriae caudex (ut & arborum caudices solent) ad ramorum usq*ue* diuariationem sibi similis est, non tamen absolute. Nam quum concidit arteria, neq*ue* aere distenditur, anteriori quadam parte teres est, uerum paulo uideatur lanior ac depre*s*ior, hinc ad latera orbicularium ita ducta, ut in posteriora procedens, angustior fiat. Posterior autem tem fedes anteriori angustior est, planaq*ue*, ac uerius internam ipsius amplitudinem nonnulli orbicularium impre*s*a uitat. Quum aut*e* arteria distenditur, ipsius posterior pars aqu*ue* ac prior, & magis quodammodo latet, at*que* in posteriora tument orbicularis ut illa efficitur. Eadem formam feruant omnes aperae arteriae in pulmonem spar*ue* boles, qu*ue* arborum ramis affl*ue* milantur, & uniuersam seriem cum pulmonis figura parem efformant, in omnes ipsius partes frequentissim germinibus, ut iam dictum fuit, excurrentes. Externa aperae arteriae superficies

Quales officie arterie ex tempore superficieis.

prater laryngis, qu*ue* uaria est, in equalis, fed interim ordinata serie procedens uisit, ac quum aer distenditur, posteriori quadam parte leuis instar continue cuiusdam membranae est, a lateribus uero & anteriori regione inequalis: membrana, qu*ue* cartilaginea mediat, i*p* his cartilagineibus magis extuberante, contr*aria* uero quum laxa co*c*idit, nam tun*ce* cartilagineas membrane tub*ula*ntia eminentiores protuberant. Ad hanc, in*st*ar membranarum qu*ue* alij conuaneunt partibus, externa quoque arteriae superficies aperae est. Posteriori etenim fedi fibrosis nescibus, sed modicis ^b stomachi comititur: uerum superior laryngis regio qu*u*m communem cum stomacho tunica fortuit, ualidissime illius tunica gratia p*ro*li*co*n*st*ituit: quemadmodum & larynx stomachi firmissime ^c musculorum opera connectitur, qui stomachi amplectentes, prim*ae* cartilagineis lateribus implantantur. Anterior aperae arteriae pars atten*tu*is musculis & ualis, ac precipue recurrentibus nervis conuaneat. Quinetiam ubi aperae arteriae rami in pulmonem excurrunt, propter adnatam ipsius pulmonis substantiam minus laues existunt. Ceterum interior superficies etiam si in*equalis* pro cartilaginum extuberantia semper sit, leuis tamen ac uelutunctu*so* humore perfusa, neq*ue* ullis fibris explanationibus apera exsilit. & talis quoq*ue* quod ad levitatem

Connexus arterie articulatio-
rie.

